


Sanskrit (H 27) 3,73

व्याकरणं शास्त्रचक्षुष

GRAMMATICA SANSKRITA

NUNC PRIMUM IN GERMANIA

EDIDIT

OTHMARUS FRANK,

Philosophiae Doctor, Philos. ac Philologiae Orientalis, Indicae inprimis ac Persicae in regia literarum Universitate Wirceburgensi Professor P. O. et Academiae scientiarum regiae, quae Monachii est, sodalis.

WIRCEBURGI

TYPOGRAPHICE ET LITHOGRAPHICE SUMTIBUS PROPRIIS

MDCCCXXIII.

LIPSIAE

PROSTAT APUD FRIDERICUM FLEISCHER.

AUGUSTISSIMO

AC

POTENTISSIMO REGI AC DOMINO

MAXIMILIANO JOSEPHO I.

BAVARIAE REGI,

DOMINO CLEMENTISSIMO

GRAMMATICAM HANC SANSKRITAM

IN GERMANIA PRIMAM

DEVOTISSIME

CONSECRAT

Auctor.

AUGUSTISSIME REX,
CLEMENTISSIME DOMINE!

Si quid in operibus meis Orientalibus, Grammatica hac praecipue et Chrestomathia Sanskrita, utilitatis est ac meriti, id *Regiae Majestatis Tuae* debetur munificentiae, qua factum est, ut eadem, non in Germania solum, sed, si Angliam excipias, in Europa etiam primum edere potuerim. Voluisti enim, ut gentes, quae ingenii cultura, scientiis et literis non minus quam magnitudine et antiquitate excelluerunt, cum factis suis in humani generis historia ex veritate aestimarentur.

Itaque quum non longo ab hinc tempore accidisset, ut hujus cognitionis fontes, qui adhuc partim hieroglyphicae instar clausi erant, partim corrupti, ab Anglis aperirentur, iique pleni atque uberrimi, pro sapientia TUA decrevisti eosdem adducendos esse puros ad usum publicum ac fructum communem. Qua in re, *Augustissime Rex!* me dignum habuisti, cui eorundem scientia et literaturae opera sumtibus regiis comparanda atque libri mandarentur edendi, in quibus ad scientiam illam via recta pateret. Praeterea ante aliquot annos philologiae Indicae ac Per-

sicae docendae munus in Bavariae regno primum, Wirceburgi adsignasti, ut in regia scientiarum Universitate etiam subsidiorum, quae nova parata essent atque paranda, omnibus copia fieret. Accedit, quod hoc anno a TE, *Rex clementissime!* locus adparatui meo lithographico, denuo instruendo, aptus concessus est, quo operum edendorum curam habere possem. — Illi autem muneri quum me praefeceris, TIBI rationem puto reddendam, quomodo ex alta mente TUA studia mea ad utilitatem publicam converterim, et fiduciae praestandi, quod exigebatur, indulgentia TUA fretus,

pro viribus contenderim respondere. Quod quum maxima devotione ac fide TIBI exhibeo, intimum subjungo animi votum, ut regno TUO, cujus auctor es, et libertati publicae, quam constituisti, diutissime vivas.

Regiae Majestatis Tuae

Wirceburgi die 12. Octobris 1823.

Clientum
Subjectissimus
ac observantissimus
Dr. Othmarus Frank.

PRAEFATIO.

Hindi nominantur, qui Sindhum inter et Gangam flumina habitant, ac inde versus meridiem se extendunt ad promontorium Comorinum, gens magna et antiqua. Quam hi classicam habent linguam divinaeque originis, *Sanskritum* dicunt, quo linguam notant, quae ad veram grammatices rationem exacta est atque perfecta, a qua distinguunt linguarum genera mista, et caduca (*misra, apabhransa*).

Sanskritum quidem in nullo nunc viget amplius Indiae populo; dialectis autem illius longe praestat, et docti Hindorum omnes nullo non tempore usi sunt eodem, ut Latino eruditi apud nos, atque, nisi in rebus domesticis, adhuc expedite loquuntur.

Novissima vero Sanskriti forma ab antiqua illa, quam in Vaedis, ante tria circiter annorum millia scriptis, invenimus, minus discessit, quam lingua Italica a veteri Romana, aut Graeca nostri temporis ab antiqua Graecorum.

Idem pluribus Asiae et Europae linguis *cognatum;* earum formas diversas, una complectitur. Quo fit, ut in linguarum historia, quarum partem majorem cum in grammatica, tum in etymologia illustrare potest, maximi sit momenti.

Neque vero ullam esse puto, quae ad universam linguae humanae scientiam aut institutionem tradat clariorem, aut exempla praebeat plura et aptiora.

Praeter philologicum autem usum multiplicem, ejusdem linguae studio hic etiam fructus obtinetur, quod adjumento est literaturae sanskritae intelligendae atque interpretandae. Numerus enim operum sanskritorum, quae ipsis Graecis atque Romanis paene occulta fuerunt, non in India solum immensus est, sed et pauco ab hinc tempore magna eo-

rum pars in Europam advecta, Londinii potissimum invenitur, ubi plura eorundem habentur venalia. Quin praeter hos codices MSS. jam typis editi prostant varii, circiter 40, in quibus opera sunt meliora philologica, legalia et juridicialia; aliqua etiam mythistorica poetica et philosophica. Maxima vero eorum pars adhuc est inedita, in quibus multa, quae ad mathesin, medicinam et naturae historiam spectant, inprimis autem quae ad poesin, mythistoriam et diversa philosophiae antiquae systemata.

Quae quot et qualia sint, fusius tractavi in opere edendo, cui titulus: *Encyclopaedia Sanskrita*, ubi etiam de usu Sanskriti agitur in variis disciplinis et de fatis ejusdem inter Europaeos. At de grammaticis sanskritis aliqua me, quae scitu maxime sunt necessaria, huic quoque operi praemittere oportet.

Grammaticarum sanskritarum duo hic distinguimus genera, illud Hindorum, sanskrite scriptum, et Europaeorum alterum, ex illo derivatum, cujus prima 1805. Calcuttae est edita. Illae, quarum magnus est numerus, non minus accuratae sunt, subtiles atque copiosae. Verum enimvero ab antiquis temporibus ad scientiam Vaedarum sacram tradita sunt sex eruditionis membra sive corpora (*Vaedangae*), in quibus quatuor ad philologiam pertinent. Typis autem jam exscriptae praestantiores sunt Grammaticae seqq. 1) antiquior *Paninis*, ex prima literaturae sanskritae aetate, cui titulus: *Sutrani*, i. e. regulae (3996), cum scholiis melioribus, edita Calcuttae 1809 jussu H. T. *Colebrookii* (2 Voll. 4). 2) Ex recentiori literaturae sanskritae aetate, sub titulo: *Vaijakarana-Siddhanta-Kaumudijam*, praecedentis est retractatio ante duo circiter saecula a *Bhattodshi-Dikshita* facta, et Calcuttae edita 1812 in fol. 3) Alia minoris pretii, sub nomine: *Mugdha-bodha*, scripta a *Vopadaeva*, qui vocabulis technicis est usus, quae ab illis priorum recedunt, edita Serampurae 1807. in 12.

De hoc genere plura congessit cl. *Colebrookius* in praefatione grammaticae suae, et in opere anglico, quod: *Asiat. Researches* incriptum est, Vol. VII. 199 seq. X. 389 etc. ed. 8.

Alterum grammaticarum sanskritarum genus e priori, ab *Anglis* solum, est derivatum, qui Sanskritum in India primi accuratius didicerunt,

quod quidem haud potuere facilius, quam quodammodo ad methodum indicam, technicorum vocabulorum ope et formularum, quibus pro ea fictis Hindorum grammatici longo ab hinc tempore utuntur. Ubi vero institutionum ad Sanskritum pro Europaeis scribendarum consilium ceperant, neque omnino facile neque etiam ibidem congruum habuisse videntur, Hindorum methodum integram convertere in Europaeam, et quae indice didicerant, more nostro tradere. Ac sane subsidia grammatica, quae Hindi paraverunt, quanquam perfecta non sint, et propriis potius impedita obstaculis, quae nisi a paucis nondum superata novimus; cave tamen, quod sub forma peregrina offertur, auxilium tibi inaccessum contemnas, acerbam ac non maturam habens uvam, quam idcirco te negas sumturum. — Huc accedit, quod ad varios scriptorum locos intelligendos linguae eorum technicae cognitio postulatur; inprimis ubi, quod saepe fit, ut in scholiis, ad regulas grammaticas quid refertur.

Quo factum est, ut in India cl. *Colebrookius* magna eruditione primus a. 1805. et cl. *Carey* a. 1806 methodo magis indica usi sint, quam europaea. Illam vero a. 1810 in Europa amplius convertit in grammaticae suae opere praestanti cl. *Wilkinsius*; quod etiam eodem fere tempore in India cl. *Forsterus*, consilio autem rei haud congruo tentavit, quippe qui magnam grammatices partem in tabulas mutavit numeris plenas, quarum unam refert ad alteram, hanc ad tertiam et sic porro. Recentius a. 1820, cl. *Yate* grammaticam sanskritam edidit, pressam quidem magis ac recisam, ubi vero plura reddidit minus perspicua, quin aliqua ad methodum indicam denuo reducta ac imperfecta. — At cl. *Colebrookius* in grammatica sua, cujus partem alteram adhuc exspectamus, arte critica se usum esse potissimum probat. — *Paulini* a S. B. opera grammatica in horum numerum referre non possumus.

Quae cum ita essent, cumque munus mihi injunctum explere, nec deesse tironum utilitati vellem, nec eruditorum desideriis, operam dedi, ut ea magis perficerem, quae, qui hac in re ante me versati sunt, imperfecta ac desideranda reliquerunt. In quibus vero hoc praecipue praestare studuerim, me nunc amplius definire oportet.

Inprimis quae in lingua ipsa ad ideas indicas ex natura et spiritu concepta sunt, atque a grammaticis indicis in linguae genio ex concep-

tibus iisdem comprehensa et explicata, eodem exinde, quantum fieri potuit, congrue ad scientiam universam intendi proponere. Quo efficitur, ut lingua, tanquam typus naturae et spiritus, quo ipse hic in Sanskrito exhibeatur perfectior, distinctius exprimatur, ac in momentis grammatices sanskritae philosophicis etiam certiora reddantur universae fundamenta et constructio. Haec quidem in opere *integro* melius perspiciuntur, at momenta praecipua sequentibus potissimum locis continentur, scil. §§. 26. 32. 33. p. 20. *) 37. 39. 40. 41. seq. et toto fere hoc Capite, porro Cap. VII. pag. 80. §§. 97. — 103. 170. 204. 205. — 208. 218. 229. et al. Ex his jam quodam modo patet, quam vim Sanskritum in lingua habeat universa.

Speciatim vero orationis *partes* et *formas* primarias earumque nexum e principiis deduxi indico-philosophicis. Ac quidem:

Ex enuntiatione simplici (judicio) derivavi *casuum* numerum et rationes eorum adinvicem; porro praepositiones una, conjunctiones et verbi modos, quae omnia quum ad casuum rationes reduxerim, has valere per orationem integram, ipsamque vocabulorum monstravi etymologiam. In diversis hinc orationis partibus magnam haud raro formarum esse *analogiam*, monui; ipse analogias varias conjunxi, atque *Syntaxin* etiam fere totam ex legum generalium systemate construxi, quo singula magis ex ipso totius nexu et ordine illustrarentur. Inde non minus patet, quomodo factum sit, ut oratio in summa sui parte, vocabulis multipliciter compositis, redierit in infimam.

Nec ad flexuum regulas explicandas solum, sed ad ipsam hujus rei naturam illustrandam casus distinxi *primitivos a secundariis* §§. 44 — 50. et al.

Rationem formae nominum rudis et nominativi in systemate grammatico, genitivi etiam naturam et significationem explicavi. Cf. §§. 218. 52. 229.

Declinationum formas in ordinem simpliciorem et ad leges pauciores redegi, quae tabula IX. exhibentur. Cf. p. 69.

Verbi genera, voces et formas ex principiis derivavi §§. 98 et seq. Ubi distinxi modos et tempora ratione formarum, quibus in flexu discriminantur, quod quidem ab aliis quoque factum est, hujus discriminis

originem in ipsa indicavi rei natura §. 103. Hoc autem et eo confirmatur, quod alibi dixi, e. c. de comparandis terminationibus §. 109 de futuri forma, variis locis.

Vocabulorum majorum ex pluribus compositorum explicavi originem et vim, qua recte concipi debeant, quamque in linguarum systemate habeant significationem §§. 204. 284. seq. Cf. 207. 274.

Quomodo sententiarum sanskritarum constructio nunc in nexu membrorum versetur liberrimo, nunc in eorundem coalitione intima, atque formis etiam utatur variis intermediis, exposui. Cf. §§. 274. seq.

Exemplorum grammaticorum copiam, quorum partem in Chrestomathia sanskrita ante tres annos vulgavi, ex probatis collegi auctoribus; ubi licuit, in codicibus MSS. melioris notae, etiam exscriptos comparando probavi; omnes autem ex certis grammatices regulis studui interpretari. Verum quum operi lithographico termini statuti essent nimis angusti, eidem aliqua solum exemplorum inserere potui, quibus regulae illustrantur. Locos tamen, unde eadem desumsi, paene quoslibet nominavi, ut eos conferendi ac probandi copia haberetur. Inter ea autem, quae ex Chrestomathia sunt, varia ibidem analysi ampliori exponuntur. — Quae ad finem propositum hic sufficiunt, consilio selegi ex diversorum temporum auctoribus, quum non aetatis tantum sive auctoris *unius* grammaticam edere vellem. De operibus, quae *Dajabhaga* et *Mitakshara* inscripta, Calcuttae edita sunt, quemadmodum de rcliquis alibi agam.

Quod *elementa* spectat, inprimis Calligraphiae daevanagaricae regulam simplicem ac generalem primum paucis quidem p. 2. attamen distincte hoc in loco indicavi *). Quo consilio etiam adjungendam curavi tabulam I. ex opere cl. Wilkinsii, cui hanc cum ea orthoepiae vocalium et illis consonantum compositarum acceptam referre debeo. In his quippe, quae melius reddi possent, paene nihil inveni.

*) Injuste illa urgeretur, ubi literae illae vel ab ipso auctore vel a lithographo pro volumine majori in multis lapidibus libere sunt exarandae, nec simile solum exprimendum alterius exemplum. Facile vero illi factu, qui caelatori easdem delineandi munus suscepit, quod pro typo quoque semel una pro omnibus conficitur. Fieri tamen potest, ut quod ex arte caelatoris et typographi adridet, a veritate quam longissime absit.

Literarum classes, quas ante 6 annos in Conspectu Chrestomathiae sanskritae nominibus alphabeto adscriptis distinxeram, hoc loco accuratius discerni oportuit. Quod quidem etiam ad propositum apte a me factum esse puto, quamvis, saepius quoque aliis nominibus uti potuissem, e. c. quas in tabula literas tenues nominavi ac medias, etiam *duras* et *molles* non minus recte nuncupares.

Tabulas II. III. IX. X., quales eas grammaticae meae accomodatas dudum ipse exaraveram, huic operi adjunxi.

Quanquam scripturam daevanagaricam addiscendi legendique copiam in prima Chrestomathiae meae parte pag. 1. — 20. satis amplam tradiderim, tamen quo opus hoc integrum magisque in se absolutum redderem, specimen lectionis in tabula VII. addendum putavi.

Quare voces sanskritas ex legibus orthoepicis ad morem indicum conjungendas existimaverim, quae quippe perperam more nostro separarentur, dixi p. 28. 5., cf. p. 17.

Cur his potissimum literis latinis, quas pro sanskritis substitui, usus sim, non vero aliis, aliterve distinctis, hujus rei rationem reddidi inprimis §§. 8. 23. 24. et al.

Euphoniae leges clariores reddere studui, eas reducendo ad ipsam naturalem sonorum literarumque cognationem; (§§. 25. 26. cf. Tab. III). Unde ostendi, quam rationem ad easdem habeat diphthongorum sanskritarum numerus, p. 5. 6.

Technica grammatices sanskritae nomina et formulas Hindis sollennes, ubi in legibus grammaticis constituendis et explicandis vim praecipuam habere videbantur, interpretatus sum latinis; vel, ubi, quae sensui convenirent, jam alias usitata essent, his congruis, in re grammatica apud nos receptis, vel aliis aptis, quibus etiam ipse rei conceptus indicaretur. Cum his tum illis voces saepius addidi sanskritas. At quum nomina sanskrita ad methodum solum Hindorum, nobis alienam, pertinerent, mere arbitraria, ipsa notionis expertia, iisdem pro more nostro alia substitui, quibus quantum fieri posset, res ipsa definiretur. Nonnunquam autem etiam sanskritis usus sum, e. c. *Anusvâra*, *Visarga*, ubi vero distinctam quoque praemisi notionis eorum definitionem. Cf. §§. 18. 35. 103. 109. 113 seq. 179 seq. 206 seq.

Ceterum linguae usus ac facta eruere studui, eadem ordine distincta proferre, ac ut regulas praecise exprimerem, operam dedi, quin ullum tamen alicujus momenti punctum intactum reliquerim. Quantum autem virorum clarissimorum *Colebrookii* et *Wilkinsii* operibus debeam, ac subsidiis, quantum primis cl. *A. Hamiltonii* institutionibus, grato animo agnoscere nunquam desinam.

Quae vero in hoc opere adhuc desideranda sunt, emendanda, addenda ac illustranda, in ejusdem *Supplemento*, quod jam plurimum paravi, edere constitui. Etsi autem ea magnam partem optime ipse noverim, tamen quae ab eruditis mihi indicabuntur, ubi ad rem pertinent, minime negligam, atque nihil omitam, quo Grammaticam hanc perficere possim.

In ejusdem *Supplemento* exemplorum numerum ad regularum ordinem traditurus sum satis amplum, eumque tripartitum, scilicet ex tribus aetatibus principalibus, quas in meo *Literaturae* Hindorum opere statuo. Enimvero in gente, quae mira omnium paene formarum antiquarum immutabilitate tenetur, etiam linguae discrimen multo quidem minor est ac annorum; e. c. in *Brihatkatha*, quae saeculo undecimo scripta est, sermo non multum abest ab eo *Mahabharati.* Attamen non solum, si scientias diversas spectes, sed etiam linguae characterem ac scribendi genus, *tres* praecipue eorum distingui possunt *aetates.* Nempe *prima*, quae a Vaedarum compositione extenditur usque ad literaturae sanskritae saeculum aureum, *Vikramaditjae* I. celeberrimum. Ubi grammatica Vaedicae dialectus eandem fere rationem habet in Sanskrito, ac ea Homericae in Graeco. *Secunda* aetas ab hoc tempore procedit usque ad Saeculum X. p. Christ., a quo *Bodshae daevae* regis aetas orditur, qui non minus ipse insignis dicitur operis auctor, quam magnum in aula sua eruditorum numerum, philologorum potissimum, in quibus et critici, porro mathematicorum, inprimis vero legis peritorum fovisse fertur. Ex *tertia* etiam aetate, quae scriptores a *Bodsha-daeva* usque ad tempus novissimum complectitur, quemadmodum ex praecedentibus multa extant opera utilia. Nullum quippe tempus indicari potest, in quo Hindi non plures excolerent scientias, in iisque potissimum philologiam sanskritam, mathesin, legis peritiam, naturae historiam et al. Inprimis vero

poesin sacram et profanam fere nunquam neglexisse videntur. Quae quidem omnia in Literatura sanskrita fusius sum tractaturus.

Exempla autem grammatica in *Supplemento* cum ex aetatum diversarum poetis afferam, tum ex scriptoribus prosaicis atque illis mixti generis (*tshampu*); necessarium quoque de prosodia sanskrita subjuncturus. Quam porro in diversis aetatibus usus diversus vocabulorum compositorum, quae ab Hindis *flores clausi* nominantur, vim habeat et significationem, ibidem monstrabo. Stilus quippe non frequentiori solum magnarum vocum copia distinguitur, sed substitutis non minus harum sive nominum casibus pro conjunctionum particulis, de quo in gramm. — Omnes autem locos, quantum licet, arte critica probatos nominatim tradam, qua quidem in re, si cl. Colebrookium excipias, antecessorem habeo nullum, nisi quod ipsi auctores indici ad plura magno nobis sint adjumento.

Quam ad Sanskritum rationem habeant dialecti Hindorum praecipuae ac maxime cognatae, in eodem Supplemento monstrabo. Praeterea subjungam scitu maxime necessaria de grammaticorum sanskritorum lingua technica: de quibusdam, quas tractant, figuris rhetoricis; de studio sanskrito feliciter instituendo; tabulas quoque aliquas adjiciam ac indices.

Restat, ut dicam, integrum hoc opus cum tabulis, si aliquot jam exaratas, quas supra memoravi, excipias, in lapide scriptum esse a *Theresia Hoyer*, matrona honestissima, quae trium mensium spatio characterem indicum omnem, magnam partem non minus eleganter ac recte, in sexaginta tribus lapidibus exaravit, chartam etiam typis latinis impressam in eosdem transtulit, porro exempla lapidibus curavit inprimenda, atque laborem hujusmodi multiplicem in opere hoc edendo consumsit.

Scribebam Wirceburgi IV. Idus Octobris MDCCCXXIII.

CONSPECTUS

LIBER PRIMUS.

ELEMENTA SANSKRITA.

Sectio I.

De literis sanskritis scribendis et pronuntiandis.

Sectio II.

LIBER SECUNDUS.

DE VOCABULIS FORMANDIS. PARTES ORATIONIS.

LIBER TERTIUS.

SYNTAXIS.

Sectio I. Syntaxis vocabulorum.

GRAMMATICA
SAṆSKṚITA.

LIBER PRIMUS.
ELEMENTA SAṆSKṚITA.

SECTIO I.
DE LITERIS SAṆSKṚITIS SCRIBENDIS ET PRONUNTIANDIS.

CAPUT I.
ALPHABETUM SAṆSKṚITUM
et
SCRIPTURA SAṆSKṚITA.

§. 1. Lingua Saṇskṛita congenito sonorum numero tenetur et systemate. Alphabetum vero saṇskṛitum quinquaginta habet literas, in quibus sexdecim sunt vocales et triginta quatuor consonantes.

§. 2. Varia autem in diversis Indiae regionibus est forma, qua alphabeti hujus soni in literis scriptis designantur, e. c. Bengalica etc.

§. 3. Praecipua vero ea est, quae *Daevanāgarica* nominatur, i. e. *Daevanāgarae*, in urbe deorum usitata, quae olim prope Cabulem

floruisse fertur. Hujus sane usus et antiquissimus est, tria certo excedens annorum millia, et adhuc per omnem Indiam latissime patens, et in libris sanskritis, qui nunc typis exscripti sunt, fere unicus.

§. 4. Ab Hindis exarantur literae more quidem nostro a sinistra ad dextram, vel stilo in palmae foliis aut in Bhodshae arboris cortice vel in charta calamo sive arundine (Sacchari spontanei) indica.

Si literae daevanāgaricae calamo exarantur, scriptura determinatur latitudine acuminis, quod ad rationem datae literarum magnitudinis, in calamo secando formatum est, et a scribente in eadem semper ad chartae angulos directione tenendum. Quo fit, ut Calligraphiae hujus norma et judicium non a saporis solum cujusdam arbitrio vel more pendeat, quippe quae mathematicis rationibus definiatur.

§. 5. Ductus quosdam, qui in tabula adjecta literis pluribus communes sunt, exarandi facilitate scriptura haec magnopere adjuvatur. Ejusmodi sunt ‾। in plurimis, ↄ in ग भ घ र ख स, porro उ in ऊ ङ ई झ etc. V. T. I.

§. 6. Literae daevanagaricae forma diversa inter se satis distinguuntur, nec vel leviter adtendenti facile est eas confundere, inter quas aliqua intercedit similitudo, e. c. ध, प et ष; sic घ et ध; भ et म; व et ब; उ et ऊ; ख *kha* et रव *rava*, duas र et व juxta se positas etc.

§. 7. Quaedam literae in scriptis daevanāgaricis aliis aliam habent formam; hae sunt अ a ओ o औ au ऊ ū ओ u ॐ o औ au ऋ ṛi ॠ ṛī ए ae ऐ ai झ dshha ण ńa भ bha ल la श śa ष śa.

ELEMENTA
LITERARUM DAEVANAGARICARUM

Tab. II. ad pag. 3.

LITERAE DAEVANAGARICAE.

VOCALES.

simplices				diphthongae	
breves		longae		ab initio	in medio et fine
ab initio dictionis	in medio et fine	ab initio	in medio et fine		
1 अ *a*		2 आ *ā*	ा *ā*	11 ए *ae*	े *ae*
3 इ *i*	ि *i*	4 ई *ī*	ी *ī*	12 ऐ *ai*	ै *ai*
5 उ *u*	ु *u*	6 ऊ *ū*	ू *ū*	13 ओ *o*	ो *o*
7 ऋ *ri*	ृ *ri*	8 ॠ *rī*	ॄ *rī*	14 औ *au*	ौ *au*
9 ऌ *lri*	ॢ *lri*	10 ॡ *lrī*	ॣ *lrī*		

finales.

15 अं *an* 16 अः *ah*

CONSONANTES

	Mutae		Sonantes		
	tenues	aspiratae	mediae	aspiratae	nasales
Gutturales	17 क *ka*	18 ख *kha*	19 ग *ga*	20 घ *gha*	21 ङ *ṅa*
Palatales	22 च *tsha*	23 छ *tshha*	24 ज *dsha*	25 झ *dshha*	26 ञ *ña*
Capitales	27 ट *t́a*	28 ठ *t́ha*	29 ड *d́a*	30 ढ *d́ha*	31 ण *ńa*
Dentales	32 त *ta*	33 थ *tha*	34 द *da*	35 ध *dha*	36 न *na*
Labiales	37 प *pa*	38 फ *pha*	39 ब *ba*	40 भ *bha*	41 म *ma*

Semivocales	42 य *ja*	43 र *ra*	44 ल *la*	45 व *va*	
Sibilantes et aspirat.	46 श *śa*	47 ष *sha*	48 स *sa*	49 ह *ha*	50 ळ *lra*

CAPUT II.

DE LITERIS SANSKṚITIS SINGULIS.

§. 8. Literas has singulas pronuntiandi modum, latinis, in tabula adscriptis, notavimus, quae, quemadmodum a germanis efferuntur, exprimendae sunt. Solum pro *sch* germanico ubique (etiam in *dsha*, *tsha* etc.) substituimus *sh*, et *v* pro *w*, quod utrumque aequalem hic habet potestatem.

*) Quum enim alphabetorum nostrorum literae singulae sanskṛitis non respondeant, nec alienas aut signa arbitraria in locum incognitarum sufficiendo, recta harum pronuntiatio doceri possit, consilio magis sequuti sumus cum literarum sanskṛitarum naturam, tum morem inprimis germanum, licet in *sh* antiquiorem et simpliciorem, quippe qui et a consuetudine externa minus discederet. Virgulas autem et puncta, quibus literae latinae minus deformarentur, addidimus, ut has indicaremus pronunciando leviter variandas, quod etiam plurimum ipso jam concursu literarum efficitur. In hoc vero non minus servavimus consuetudinem apud nos receptam, ubi apta videbatur, e. c. per ¯ notando vocalem producendam. Quum enim et linqua sanskṛita suis non careat accentibus, horum apices ad vocalium quantitatem indicandam hic visi sunt ineptiores.

VOCALES SIMPLICES.

§. 9. अ *a* prima alphabeti sanskṛiti litera, vocalis brevis, spiritu leni est efferenda, ut *a* brevis latin. german. graec. etc. pronuntiatur. Quod adparet ex ipsis antiquis Indiae grammaticis, qui, quum cujusvis literae indolem et rationem docent, e. c. statuunt अ literam homogeneam सवर्ण cum आ *ā* longa, quae duas illius *Matras* i. e. mensuras contineat, ut इ *i* duas literae ई ī, उ *u* duas literae ऊ *ū* ऋ *ṛi* duas literae *ṛī*. Nec tamen अ efferendum eodem plane modo

ac a longum, quo πλατειασμὸς perperam induceretur; nec absque omni vocis varietate ubivis, ante quasvis consonantes et in quovis vocabuli loco. E. c. ab initio अ privativum, et ubi accentus locum habet, clarius debet sonare, obscurius vero in fine vocabulorum. Quo fit, ut a quibusdam adeo devorari soleat e. c. in *Vaed* qro *Vaeda*, *Sanskrit* pro *Sanskṛita*, etc. Hoc vero minime probandum, ubi nulla hujus literae opprimendae ratio habetur. Nam अ, licet nisi ab initio vocabulorum, nullo signo notetur, cum omni consonante pronuntiandum est, ut adparet in tabula, excepto si contrarium aut litera alia indicetur aut virgula consonanti infra adjecta, e. c. क् *k*, at क est *ka*.

In vocalis hujus natura mobili et obscura est ratio, cur et ab ipsis Indiae populis diversis non eodem modo efferatur, e. c. a Bengalensibus frequentius more rudi ut *o*, et multo adhuc magis ineptius_que varietur ab exteris. Quin nullam vocalem in linguis nostris habemus, quam non inveniamus pro अ substitutam; e. c. *e* in *Menu* pro *Manu*, *i* in *Brahmin* pro *Brahmana*, *o* in *Bhogovot* pro *Bhagavat*, *u* in *Sungskrit* pro *Sanskṛita* cet. Angli saltem, qui nullum pro *a* characterem habent peculiarem, अ pronuntiari dicunt ut *o* in *money*, *honey*, ut *u* in *but*, ut *e* in *her*, ut *i* in *sir* etc.

§. 10. आ *ā* vocalis longa, ut in latin. *mater*, *urbanus*, germ. *Maſs*, angl. *call*, *far*; e. c. आगम *āgama* adventus. In medio et fine vocabulorum per ा notatur, e. c. का *kā*, quae? गा *gā* cantus.

§. 11. इ *i* brevis effertur ut *i* in latin. *maximus*, germ. *wenige*, angl. *fit* vel *pin*. Unica haec est litera daevanagarica, quae, si in medio et fine vocabulorum sit pronuntianda, a n t e consonantem ponitur, p o s t quam effertur; e. c. इति *iti* ita, पति *pati* dominus.

ई *ī* longa, quae communem reliquarum scribendarum regulam sequitur, pronuntiatur ut *i* in latin. *audire*, angl. *feet*, e. c. ईहा *īhā* desiderium, वीर *vīra* fortis, heros.

§. 12. उ *u* brevis, ut in lat. *fabula*, angl. *pull*, e. c. उद *uda* aqua. In medio et fine consonantibus infra adfigitur, e. c. कुल *kula*

familia, सुत *suta* natus. Cum र vero sic connectitur रु, e. c. रुचि *rutshi* lumen.

ऊ *ū* longa ut in lat. *immunis*, angl. *pool*, sic ऊति *ūti* textura. Post initium vocabulorum literis infra additur sic पूराण *purāṅa* expletio, हूति *hūti* provocatio. Cum र vero ita conjungitur रू rū, e. c. रूप *rūpa* figura,

§. 13. Vocalium simplicium vim habent etiam ऋ *ri* brevis et ॠ *rī* longa, ut et ऌ *lri* et ॡ *lrī*. Quare cavendum, ne istae confundantur cum syllabis रि *ri* et री *rī* etc. Ut vero recte exprimantur, soni liquidarum *r* et *l* lenius sunt efferendi, organa mollius premendo ac movendo, spiritum minus retinendo, quam in his consonantibus solet. Leviori quippe organorum, inprimis linquae vibrantis contactu spiritus vel vox, fere vocalium more, libere emittitur. Unde Angli ऋ pronuntiandum dicunt ut ri in *merrily*, ac ऌ ut *lry* in *revelry*. Reipsa inter *r*, *l* et *i* naturalis intercedit cognatio, quae organorum dispositionem ac motum postulant simillimum, quo fit, ut una facillime migret in alteram. Quin in quibusdam Indiae dialectis *i* substituitur, pro *ri*, e. c. *kishṅa* pro *krishṅa*, in aliis e. c. a Barmanis adeo pro *r* consonante. In naturali vero indole liquida, qua *l* et *r*, semivocales, licet magis pressae, ad vocalium tamen accedunt similitudinem, ratio est, cur, si post प, क, ब, द sequantur, vocalem, quae alias ante consonantem compositam positione longa est, non neccessario producant, sed ancipitem faciant.

Exempla sunt ab initio vocum ऋत *rita* rectum, verum, ऋ *ri* mater deorum; post initium vero consonantibus subjiciuntur, sic पितृ *pitri* pater, etc.

ऌ *lri* et ॡ *lrī*, quae rarius occurrunt, si post consonantes sint pronuntiandae, his etiam infra adjiciuntur, sic: कॢ *klri* कॣ *klrī*.

Diphthongi.

*) Diphthongi in sanskrito oriuntur, quotiescunque contingit, ut vocales heterogeneae uniantur, quarum prior sit अ vel आ. Nam

ubi concurrentium prior sit alia, ad evitandum hiatum in suam semivocalem abire debet, vel integra, si sit simplex, vel, si diphthongus sit, pars hujus posterior. Diphthongi autem sanskritae primitus compositae habentur iisdem vocalibus simplicibus, quibus ex euphoniae lege generali componuntur, et in quas resolvuntur. Earundem inde natura et numerus definitus adparent.

§. 14. ए *ae* ut in latin. *caesar*, germ. *Vaeter*, angl. *e* in *where*, e. c. एवं *aevan* similiter. In medio autem vel fine vocis consonantibus supra imponitur, sic देव *daeva* deus. ए quidem componitur ex *a* et *i*, et in has vocales dissolvitur; his tamen ejusdem pronuntiatio haud recta exprimeretur.

§. 15. ऐ *ai* ut in latin. *baiae*, *caio*, germ. *kaiser*, angl. *i* in *fine*, vel *y* in *my*, e. c ऐषमस् *aishamas* annus currens. In medio et fine supra consonantes virgula duplici notatur, e. c. रैः *raih*- divitiae, शैलः *śailah*- mons. Haec diphthongus efficitur jungendo अ *a* et praecedentem ए *ae*.

§. 16. ओ o ut in lat. *labores*, germ. *los*, angl. *go*, e. c. ओजस् *odshas* lux, vis, शोभा *śobha* lumen, लोहित *lohita* ruber. In hac junguntur binae अ *a* et उ *u*, unde recte notaretur per *au*, gallorum o, nisi hoc modo potius indicanda esset, quae sequitur.

§. 17. औ *au* ut in latin. *aula*, germ. *laut*, vel *ou* angl. ut in *thou*, e. c. औषध *aushadhan* medicina, पौरुषं *paurushan* virilitas. In hac coeunt अ a et ओ o.

§. 18. अं *an* et अः *ah*- sive potius ं et ः quia अ hic solummodo fulcrum est, cum neutra nisi post vocalem efferi possit, vocales hae finales respondent quidem, illa nasali cuivis, haec spiritui aspero *h*. At licet simili, leviori tamen organorum contactu et motu exprimuntur, illa ut *n* in gall. *comment*, vel potius in germ. *enge*, *bange*; haec vero fortis quidem ut omnis adspiratio sanskrita, minor tamen quam in ह *h* effertur. Prior ं dicitur *Anusvāra*, quod post alias vocales solum sonet; posterior ः autem, licet eundem modo locum obtineat, tamen ex eo, quod alias literas s et r pellat (de quo infra),

nominatur *Visarga*. *Anusvāra* est unio intima cujusvis nasalis cum vocali quacumque praecedenti, *visarga* vero adspiratio cum quavis vocali praecedenti unita. Omnis vocalis per sequentem anusvāram fit nasalis, per visargam fit adspirata. Quare utraque vocalem brevem, cum qua jungitur, longam efficit.

E. c. कं *kaṇ* aqua अहं *ahaṇ* ego, किं *kiṇ* quid? कुंकुम *kuṇkuma* crocus sativus etc. सः *sah-* hic, यः *jah-* qui, कविः *kavih-* poeta, मनुः *manuh-* Manu n. pr. भीः *bhih-* timor, भूः *bhūh-* terra, गौः *gauh-* vacca etc.

Visarga ante gutturales et labiales mutas loco : etiam per ᳵ indicatur, e. c. कᳵ पुनर् *kah-punar* quis denuo? दुᳵख *duh-kha-* dolor etc.

Consonantes.

§. 19. Hunc vocalium numerum in tabula II. consonantes simplices excipiunt, quarum ordinem quoque indicavimus numeris continuis additis, indolis communis autem classes inscriptionibus, literis vero etiam latinis earum pronuntiationem. Haec autem ibidem aliquo modo definitur ipso seriei loco, ad quam quaevis litera pertinet. Sonantes (*ghosha*) lenius efferi quam mutas (*aghosha*), quae fortius pronuntiandae sunt, ipso nomine indicatur.

In lineis quinque primis consonantes viginti quinque, a 17 usque 41, quibus quadratum formari potest, duplici, in qua positae sunt, directione, bis quinque classes constituunt, quae probe sunt tenendae. Harum 25 literarum quaevis ad duplicem classem pertinet, e. c. क *ka* ad eam gutturalium et in mutis ad eam tenuium etc.

In lineis a sinistra ad dextram, quae quinque organis tribuuntur, classium quinque secunda quaevis litera adspirata est primae, quarta autem tertiae. E. c. क *ka* adspiratam habet literam ख *kha*, ग *ga* habet घ *gha*, ब *ba* habet भ *bha* etc. Adspiratarum pronuntiatio manifestior fit, ipsis vocalem praeponendo, e. c. अथ *atha*, sic in latin.

dat hoc verbis duobus, dum non interrupte uno spiritu efferuntur. Ita et अभि *abhi* coram, ut in lat. *ab hac* etc. Eodem modo अखिल *akhila* totum, अफल *aphala* (prope ut *afala*) sterilis, अघ *agha* vitium, रूढ *rudha* ortus, अधस् *adhas* deorsum etc. Adspiratio ubique consonanti, quae praecedit, tam intime unitur, ut inde non composita, sed simplex consonans oriatur, licet eam composita notemus.

Literarum classis peculiaris et linguae sanskṛitae propria est ea capitalium (sive cerebralium) *mūrddhanja*, quemadmodum grammatici sanskṛiti eas nominant. Hae pronuntiantur obtusius, lingua extrema in palatum solito magis replicata; protensa quippe eadem ad dentes, efferuntur dentales. Illo autem modo fit, ut capitalium ड ढ sonantes post vocalem in *r*, *rh* et *l* facile abire possint, e. c. पीडा *pīḍā* (*pīrā*). Easdem virgula superscripta, notando distinximus a dentalibus.

*) Ad palatalium pronuntiationem indicandam Angli quidem, quas substituere possint, simpliciores habent, nempe *ch* pro च *tsh*, *chh* pro छ *tshh*, j pro ज dsha et *jh* pro झ *dshh*. *Verum ch* et j literarum angl. pronuntiatio longius abest a more Germanorum, Italorum etc., quam ab Anglorum consuetudine ea *tsh* et *dsh* literarum. V. supra §. 8.

Diversa nasalium pronuntiatio sentitur, si nasali subjungatur aliqua diversarum, quae ex organis sunt, classium litera, e. c. ङ ut in *ango*, vel न ut in *ante* etc., ubi nasalis ob sequentem, cujus indolem sequitur, non aliter, ac convenit, efferri facile potest. Earundem vero diversarum et Anusvārae notatio nostra adparet ex tab. II.

§. 20. Linea penultima continet semivocales quatuor (42 — 45), quae inter consonantes et vocales versantur mediae, in has facillime abeunt, et quarum pronuntiatio ad illam vocalium, quibus respondent, magis quam consonantum reliquarum accedit. य *ja*, quod exprimitur ut lat. j in *jam*, germ. *ja*, angl *y* in yet, respondet इ vocali; र *ra* vocali ऋ *ṛi*, व *va* vocali उ *u*. Haec *va* ut germ. *w*

post consonantem, si cum ea componatur, adhuc lenius effertur, e. c. *in dvara.*

§. 21. Sequuntur in linea tabulae ultima sibilantes tres, quarum primam श *śa*, quae magis palato effertur, minus vero dentibus quam स *sa*, virgula distinximus.

ह *ha* fortius pronuntiatur, fere ut germ. *ch*, Arab. خ .

§. 22. De ultima, 50 ma. ळ *lra*, quae nisi in Vaedis et quibusdam Indiae dialectis haud invenitur, hoc solum addimus, ejusdem sonum esse medium inter *r* et *l* literas, quae cum *ṛi* et *lṛi* in ore Hindorum molle atque flexibili inprimis subtiliter formatae atque articulatae videntur. §. 13. supra.

Alphabeto sanskṛito a multis etiam क्ष *ksha* litera adnumeratur, quae vero ex क *ka* et ष *sha* composita, non recte adscribitur 50 simplicibus, quae praecedunt.

§. 23. Perperam commutantur et pro invicem substituuntur,

अ	et	य	ष	et	*x*
ज	et	श	श	et	*sha*,
ख	et	ष	ऋ	et	*r* etc.
ड, ढ	et	ल vel र			

§. 24. Solum literae ज *dsha* et ञ *ńa* si componantur, ubi in formam hanc ज्ञ coeunt, non ut *dshńa*, sed mollius, ut *gja*, pronuntiari solent, e. c. ज्ञान *dshńana* scientia, effertur paene ut *gjāna*. Etiam ब *ba* et व *va* haud raro confunduntur, quod ad usum Lexicorum probe tenendum.

*) Ex dictis adparet, quod monemus, nos literis, quas pro sanskritis substituimus, non has scriptas solum, sed etiam sonos earum una, quantum licet, distincte notare voluisse, ut sanskṛita incognita quaevis cognitam haberet substitutam propriam, qua reddi posset. Virgulas autem et puncta, quae literis adjecimus, quod spectat, etiam si quis, has efferendo, illas ut rem subsecivam si-

ve ut parergon non discernat, a recta tamen pronuntiatione non nimium aberit.

CAPUT III.

COGNATIO LITERARUM SANSKRITARUM.

§. 25. Praeter eas literarum rationes, quas exposuimus, ac notavimus in tabula II., et aliae sunt, quas nosse oportet, ut euphoniae leges melius intelligantur. In alphabeto enim sanskrito literarum natura et numerus non minus definiuntur per euphoniam, quam haec definita est per literarum indolem.

*) Duces hic sequimur *Pāṅinem* et *Bhaṫṫodshi - Dikshitam.*

Homogeneae सवर्णाः sunt literae, quae eodem organo eodemque efferendi modo ac contentione eadem pronuntiantur. Unde sequentes oriuntur classes:

I. Literarum classes ex iisdem organis.

Literae	*numerus earum*		*organa.*
अ क ख ग घ ङ ह, ᳵ (haec ante mut. gutt. v. §. 18.)	8	—	guttur
इ च छ ज झ ञ य श —	8	—	palatum
ऋ ट ठ ड ढ ण र ष — —	8	—	caput
ऌ त थ द ध न ल स —	8	—	dentes
उ प फ ब भ म ᳶ (haec ante lab. mut.)	7	—	labia
ञ म ङ ण न ं (i. e. anusvara)	6	—	nares
ए ऐ — — — —	2	—	guttur et palatum
ओ औ — — —	2	—	guttur et labia
व — — — —	1	—	dentes et labia.

II. Literarum classes ex organorum motu ac pronuntiandi modo eodem.

Ubi distinguuntur,

a) Modus literas articulandi ac efferendi contentio, quae fit intra ipsa organa movendo ante prolationem.

Literae.	*numerus.*	*organorum motio sive actio interna.*
Consonantes, quae in Alph. tabul. lineas quinque primas constituunt, et tactus (*sparsae* gall. *touches*) nominantur.	25	organorum pressus vel contactus fortior.
Semivocales —	— 4	eorundem contactus levior.
Vocales *) cum sibilantibus et ह	13	eorum adpropinquatio sine contactu, organis adhuc apertis.

*) अ *a* vero et in harum numero continetur, et, dum adplicatur, etiam organis clausis movetur.

b) Pronuntiatio earum sive prolatio ipsa, dum soni *extra* organa prodeunt.

Literae.	*numerus.*	*prolatio.*
ख फ छ ठ थ च ट त क प श ष स ᳵ (i. e. Visarga ante mut. gutt. vel labialem.)	— 14	gutture aperto, spirando, voce *muta.*
घ झ भ घ ढ ध ज ब ग ड द cum vocalibus, semivocal., nasalibus et Anusvāra.	— 30	gutt. contracto, voce *sonante.*

Literae.	*numerus.*	*prolatio.*
कचटतप गजडदब nasales, semivocales et vocales.	— 33 —	spiritu leniori.
खछठथफ घझढधभ श ष स ह ः	— 16 —	spiritu fortiori (aspero).
अ इ उ ऋ ऌ ए ऐ ओ औ	— 9 —	voce nunc intensa, nunc submissa, nunc partim intensa partim submissa *).

*) Notantur eodem ordine, accentu acuto sic अ॑, gravi अ॒, circumflexo अ᳚, अ॑.

**) Sunt aliae distinctiones subtiliores, quas Hindi in pronuntiandi modis et transitionibus sonorum faciunt, quibus vero hic supersedendum putamus.

§ 26. Hae literarum divisiones indicant earundem cognationem ac rationes, quas in figura tabulae III., aliquo modo adumbravimus. In hac exhibentur:

1) अ ipsum spiritus principium, sonus primigenius, fere infinitus, itaque finitionum sive formarum plurimarum capax. Cf. §§. 9 23.


2) इ in culmine sonorum, proxima literis ऋ et ऌ (cf. §. 13.), nulla alia intermedia, facillime abit in suam semivocalem य per quam ad palatales accedit.

3) ए in angulo oritur ex concursu literarum अ et इ Cf. §. 14. Sic ऐ ex अ et ए Cf. §. 15. ओ ex अ et उ Cf. §. 16. औ ex अ et ओ Cf. §. 17.

4) Visarga cognata videtur sibilantibus et literae ह ac gutturalibus, etiam literae र; anusvara autem nasalibus. Cf. §. 18.

5) Inter vocales autem liberas et consonantes in classibus quinque ligatas atque contractas in medio versantur semivocales, quibus vocalium et consonantium rationes definiuntur.

COGNA'
LITERARUM SAN



6) Sibilantium quaevis classi suae proxima est. — Porro adparet, र् facile in capitales mutari; ष vero ज et श sibi invicem licet perperam substitui; अ fere tantum abesse ab ह ex una parte, quantum ex altera a gutturalibus, ळ confluere ex ड् et ल etc.

7) Denique haec dispositio literarum in tabula respondere videtur dispositioni organorum orisque articulationi, et genesi ac ordini sonorum, qui in अ ex pectore, per oris structuram variati, usque in extrema labia procedunt, ubi in म् m ultima (cui jam उ in vocalibus per व respondet) os clauditur, quemadmodum म ma per अ aperitur.

) Quo fit, ut Hindi dicant: omnes literas contineri in आम् vel ओम् sive inter primam comprehendi et ultimam, nempe inter अ et म् vel अ, उ (= ओ) et म; quin Vishṅum (spiritum) se अ in literis nominare. Cf. Bhag. Gīta. Nec illas cognationis relationes ignorare debent, qui exquirunt: An primitivi sensus atque conceptus sonos habeant proprios, qui spiritus adfectionibus non minus quam organis, quae ejusdem formae sunt, respondeant? Sive siqua sonis ipsis insit significatio naturalis, atque inde vocabulorum, linguae inprimis radicum, syllabarum formativarum etc. ratio prima petenda sit?

* X. 33.

CAPUT IV.

LITERARUM SANSKRITARUM CONIUNCTIO.

I. Vocales consonantibus subjectae.

§. 27. Quomodo vocalis unaquaeque conjungatur cum consonantibus v. §. 9 — 18. Aliquarum praeterea compositionem hic addimus, nempe:

खि *khi*, गी *gī*, खु *khu*, छु *tshhu*, टु *ṭu*, णु vel णु *ṇu*, डु *ḍu*, शु vel शु *śu*, रु *ru*, हु *hu*, खू *khū*, हू *hū*, छू *tshhū*, टू *ṭū*, डू *ḍū*, दू *dū*, शू *śū*, रू *rū*, खृ *khṛi*, दृ *dṛi*, छृ *tshhṛi*, पृ *pṛi*, शृ *śṛi*, हृ *hṛi* हृ *hṛi* etc.

II. Consonantes cum consonantibus conjunctae.

§. 28. Consonantes sanskritae non possunt conjungi ponendo unam juxta alteram. Nam cum quavis consonante अ pronuntiatur (§. 9), quae proinde inter quasvis juxta se positas intercedit, nisi praecedenti virgula subjiciatur. E. c. नत pronuntiatur *nata*, nisi scribatur न्त quod effertur *nta*. Quare consonantes componendae ita sibi invicem inseruntur atque aptantur, ut non amplius adpareant plures, sed una ex pluribus videatur condensata. Quod ut fieri possit, literae quodammodo contrahuntur, ac subinde leviter variantur; characterem tamen proprium raro amittunt, licet membra sint novi corporis. Ceterum lex generalis est:

Quae in composita, pronuntiando, praecedit,

a) vel ante sequentem ponitur; ubi antecedens lineam, siquam habet in dextera, perpendicularem abjicit, ut in parte privata sequenti praefigi possit. Sic e. c. ex त् et थ fit त्थ *ttha*, ex म् et भ fit म्भ *mbha*, ex प् et स fit प्स *psa*, ex ण् et ड fit ण्ड *ṅda*, ex ख् et ज fit ख्ज *khja*, ex ग् et द fit ग्द *gda*, ex ष् et म fit ष्म *dshma*, ex ह् et न fit ह्न *ĥna*; sic ex त्, स् et न fit त्स्न *tsna*, ex त्, स्, न् et य fit त्स्न्य *tsnja* etc. Ex ह् et ण fit ह्ण *hṅa*.

b) Vel supra sequentem scribitur, quae prius pronuntiatur; ubi illa lineam, si quam in capite habet, deponit itaque se priori supersessurae subjicit, e. c. ex ङ् et क fit ङ्क *ṅka*, ex ङ् et घ fit ङ्घ *ṅgha*, ex प् et न fit प्न *pn̩a*, ex त् et न fit त्न *tna*, ex त् et त fit त्त *tta*, ex द् et व fit द्व *dıa*, ex द् et ध fit द्ध vel द्ध *ddha*, ex द् et द fit द्द *dda*, ex ड् et व fit ड्व *dva* etc.

Praeterea de aliquibus monendum:

a) Si म et य sequantur literam, quae in dextera sua parte non finitur linea perpendiculari, ipsae amittunt partem sui sinistram, quod superest, cum litera praecedenti confluit; sic e. c. ex क et म

CONSONANTES COMPOSITAE.

DUPLICES.

क्क क्ख क्च क्छ क्त क्थ क्न क्प
kka kkha ktsha ktshha kta ktha kna kpa

क्फ क्म क्य क्र क्ल क्व क्श क्ष क्स ख्न
kpha kma kja kra kla kva ksa ksha khna

ख्म ख्य ख्र ख्व ख्श ख्स ग्ग ग्घ ग्ज
khma khja khra khva khsa khsa gga ggha gdsha

ग्झ ग्द ग्ध ग्न ग्ब ग्भ ग्म ग्य ग्र ग्ल ग्व ग्ह
gdshha gda gdha gna gba gbha gma gja gra gla gva gha

घ्न घ्म घ्य घ्र घ्ल घ्व ङ्क ङ्ग ङ्घ ङ्ङ ङ्ख ङ्श
ghna ghma ghja ghra ghla ghva ṅka ṅga ṅgha ṅṅa ṅkha ṅsa

च्च च्छ च्म च्य च्र च्व छ्म छ्य छ्र
tshtsha tshtshha tshma tshja tshra tshva tshhma tshhja tshhra

छ्ल छ्व ज्ज ज्झ ज्ञ ज्न ज्म ज्य ज्र ज्ल
tshhla tshhva dshdsha dshdshha dshña dshna dshma dshja dshra dshla

ञ्ज ञ्च ञ्छ ञ्झ ञ्ञ ट्ट ट्ठ ट्म ट्य ट्र ठ्म ठ्य ठ्र
ṅdsha ṅtsha ṅtshha ṅdshha ṅṅa t́ta t́tha t́ma t́ja t́ra t́hma t́hja t́hra

ड्ग ड्घ ड्ड ड्न ड्भ ड्म ड्य ड्र ड्ल ड्व ढ्म ढ्य ढ्र ण्ट ण्ठ ण्ड
d́ga d́gha d́da d́na d́bha d́ma d́ja d́ra d́la d́va d́hma d́hja d́hra ńta ńtha ńda

ण्ढ ण्ण ण्ह त्क त्ख त्त त्थ त्न त्प त्फ त्म
ńdha ńńa ńha tka tkha tta ttha tna tpa tpha tma

त्य त्र त्व त्स थ्न थ्म थ्य थ्व द्ग द्घ
tja tra tva tsa thna thma thja thva dga dgha

CONSONANTES COMPOSITAE,

DUPLICES.

द्द द्ध द्न द्ब द्म द्य द्र द्व ध्न ध्म ध्य ध्र
dda ddha dna dba dma dja dra dva dhna dhma dhja dhra

ध्व न्क न्त न्थ न्द न्न न्ध न्प न्फ न्म
dhva nka nta ntha nda nna ndha npa npha nma

न्य न्र न्व न्स न्ह प्त प्न प्प प्म प्य प्र
nja nra nva nsa nha pta pna ppa pma pja pra

प्ल प्व प्स फ्म फ्य फ्व ब्ग ब्ज ब्द ब्ध ब्न
pla pva psa phma phja phva bga bdsha bda bdha bna

ब्न ब्भ ब्म ब्य ब्र ब्ल ब्व भ्न भ्म भ्य भ्र
bna bbha bma bja bra bla bva bhna bhma bhja bhra

भ्ल भ्व म्न म्प म्फ म्ब म्भ म्म म्य म्र म्ल
bhla bhva mna mpa mpha mba mbha mma mja mra mla

म्व म्व र्क ल्क ल्ग ल्त ल्प ल्य ल्ल श्च श्छ
mva rka lka lga lta lpa lja lla śtsha śtshha

श्म श्य श्र श्ल श्व श्श ष्क ष्ख ष्ट ष्ठ ष्ण
śma śja śra śla śva śśa shka shkha shṭa shṭha shṇa

ष्प ष्फ ष्म ष्य ष्व ष्ष स्क स्ख स्त स्थ
shpa shpha shma shja shva shsha ska skha sta stha

स्न स्प स्फ स्म स्य स्र स्व स्स ह्न ह्म ह्य ह्र ह्ल
sna spa spha sma sja sra sva ssa hna hma hja hra hla

CONSONANTES COMPOSITAE.

TRIPLICES ET QUADRUPLICES.

क्क्य	kkja
क्त्य	ktja
क्त्र	ktra
क्त्र्य	ktrja
क्त्व	ktva
क्न्य	knja
क्ष्ण	kshńa
क्ष्ण्य	kshńja
क्ष्म	kshma
क्ष्म्य	kshmja
क्ष्य	kshja
क्ष्र	kshra
क्ष्व	kshva
क्ष्ल	kshla
ग्द्ध	gddha
ग्द्ध्य	gdshja
ग्द्य	gdja
ग्ध्य	gdhja
ग्ध्व	gdhva
ग्न्य	gnja
ग्भ्य	gbhja
ग्म्य	gmja
ग्र्य	grja
घ्र्य	ghrja
च्च्य	tshtshja
च्छ्य	tshtshhja
च्छ्र	tshtshhra
च्छ्व	tshtshhva
ज्ज्य	dshdshja
ज्ज्व	dshdshva
ज्ञ्य	dshńja
ञ्च्छ	ňtshtshha
ञ्छ्य	ňtshhja
ञ्ज्य	ňdshja
ड्भ्य	dbhja
ण्ड्य	ńdja
ण्ड्र	ńdra
ण्ड्व	ńdva
ण्ण्य	ńńja
ण्ठ्य	ńthja
ण्ह्म	ńhma
ण्ह्य	ńhja
ण्ह्व	ńhva
त्क्य	tkja
त्क्र	tkra
त्त्य	ttja
त्त्र	ttra
त्त्र्य	ttrja
त्त्व	ttva
त्न्य	tnja
त्म्य	tmja
त्र्य	trja
त्स्थ	tstha
त्स्न	tsna
त्स्न्य	tsnja
त्स्म	tsma
त्स्य	tsja
त्स्र	tsra
त्स्व	tsva
द्ग्र	dgra
द्द्र	ddra
द्भ्य	dbhja
द्भ्र	dbhra
द्म्य	dmja
द्र्य	drja
द्व्य	dvja
द्व्र	dvra
ध्र्य	dhrja
न्त्य	ntja
न्त्र	ntra
न्त्र्य	ntrja
न्त्व	ntva
न्त्व्य	ntvja
न्त्स	ntsa
न्त्स्य	ntsja
न्त्स्व	ntsva
न्थ्य	nthja
न्थ्व	nthva
न्द्य	ndja
न्द्र	ndra
न्द्व	ndva
न्ध्म	ndhma
न्ध्य	ndhja
न्ध्व	ndhva
न्म्य	nmja
न्म्र	nmra
प्र्य	prja
प्ल्य	plja
प्स्थ	pstha
प्स्म	psma
प्स्य	psja
म्न्य	mnja
म्प्स्य	mpsja
म्ब्य	mbja
म्भ्य	mbhja
ल्ग्य	lgja
ल्प्त	lpta
ल्प्त्य	lptja
ल्प्स्म	lpsma
ष्ठ्य	shthja
ष्ट्व	shtva
ष्ण्य	shńja
स्क्य	skja
स्त्य	stja
स्त्र्य	strja
स्त्व	stva
स्फ्य	sphja
स्व्य	svja
ह्न्य	hnja

fit क्म *kma*, ex ह् et म fit ह्म *hma*, ex द् et म fit द्म *dma*, ex ट् et म fit ट्म *tma* etc. Eodem modo ex क् et य fit क्य *kja*, ex ह् et य fit ह्य *hja*, ex द् et य fit द्य *dja*, ex छ् et य fit *tshhja* छ्य etc.

b) र, quae ante aliam consonantem efferenda est, supra hanc ponitur in forma ᒼ unci e c. र ante म scribitur र्म *rma*, ante क sic र्क *rka* etc. Si vero post eandem sit pronuntianda, huic in forma virgulae infra subjicitur, e. c. र post प् sic प्र, post क् sic क्र, post द् sic द्र, post ह् sic ह्र, post त् sic त्र vel त्र *tra*, post ट sic ट्र *tra* etc.

c) ण *n* duplicatur per lineam transversam, sic ण्ण *nna*.

d) In consonantibus pluribus conjungendis, ea quoque vel magis supra ceteras vel magis a sinistra earundem ubique scribitur, quae prius est pronuntianda. E. c. *dvja* द्व्य, ex द्, व् et य; *drja* द्र्य ex द्, र् et य; *dmja* द्म्य ex द्, म्, य, *shthja* ष्ठ्य ex ष् ठ, et य etc.

*) Cf. consonantum compositarum tabulas IV—VI.

CAPUT V.

DE SYLLABARUM QUANTITATE ET ACCENTU.

§. 29. Quae syllaba brevis sit, sive corripiatur, i. e. uno momento मात्रा mensuretur, quae vero duobus, adparet in tabula et §§. 9, 13, 18. Fieri potest, ut vocalis ita producatur, ut tria obtineat momenta, quod, dum fit, vel tribus lineis supra scriptis ≡ vel numero ३ indicatur. E. c. अ॒ vel अ३.

§. 30. A quantitate syllabarum in metro probe distinguendus est accentus. Cf. §. 25. p. 12. Hunc

a) acutum sive altum grammatici sanskriti formari dicunt, si sonus efficiatur 1) in superiori organi parte, 2) majori efferendi intentione ac vi, 3) gutture arctius contracto, 4) ictu vocis fortiori.

b) Ubi in omnibus hisce contra fit, accentum effici **gravem**;

c) ubi vero partim acutus fit, partim gravis, ex utroque medium, **circumflexum** nominant.

*) De notatione accentuum v. supra p. 12.

§. 31. Attamen accentus nisi in Vaedis nullibi notatos, nec in grammaticis quidem reperimus, licet eorum leges doceant *). Nihilominus nobis persuadere non possumus, quod adfirmatur, accentus solum observari in Vaedis declamandis, in reliquo sermone quocunque unum (**aekaśrutem**) sonum servari.

Generalem saltem olim in sanskrito fuisse accentuum usum, dubio caret. In Mani quidem leg. cod. III. 99. non solum vaedas absque accentibus legere prohibetur; sed etiam ib. II. 125. praecipitur, qualem, qui Brahmaṅam adpellat, debeat observare.

*) Cf. Siddhānta-Kaumudem fol. 227. b. sqq. et al.

Licet vero leges accentus saṇskṛiti hic tradere, neque necessarium nobis videatur neque utile; id tamen monendum putamus: accentu diverso a grammaticis saṇskṛitis etiam distingui sensum intransitivum in linguae radicibus a transitivo, atque regulas grammatices plurimas cum accentuum legibus connecti.

CAPUT VI.

DE SIGNIS QUIBUSDAM ET NUMERIS.

§. 31. a. Signum hoc ऽ apostrophi locum tenet, quiqqe quod literam elisam eiusve dimidium notat. E. c. शिवोऽस्ति *Śivo 'sti* pro शिवोअस्ति *Śivo asti*, Śiva est.

ँ supra consonantem ponitur, ad indicandum nasalem, in quam illa abiit. E. c. सँल्लेखनं *sallaekanan*, pro संलेखनं *saṇlaekanan* conscriptio.

ᳵ anusvārae loco est in vaedis ante ष, स, ह et र E. c. हᳵस pro हंस *hansa*, anser.

SPECIMEN LECTIONIS.

लोकेऽस्मिन्द्विविधानिष्ठापुराप्रोक्तामयानघ १
Lokae'smin dvividhā nisht́hā purā proktā majānagha
ज्ञानयोगेनसांख्यानांकर्मयोगेनयोगिनाम् ११
Dshhānajogaena sankhjānaṅ karmajogaena joginām
नकर्मणामनारम्भान्नैष्कर्म्यंपुरुषोऽश्नुते १
Na karmańām anārambhān naishkarmjaṅ purusho'śnutae
नचसंन्यसनादेवसिद्धिंसमधिगच्छति ११
Na tsha saṅnjasanād aeva siddhiṅ samadhigatshhati
नहिकश्चित्क्षणमपिजातुतिष्ठत्यकर्मकृत् १
Na hi kaśtshit kshańam api dshātu tisht́hatj akarmakṛit
कार्यतेह्यवशःकर्मसर्वःप्रकृतिजैर्गुणैः ११
Kārjatae hjavaśah- karma sarvah- prakṛitidshair guńaih-
कर्मेन्द्रियाणिसंयम्ययआस्तेमनसास्मरन् १
Karmaendrijāńi saṅjamja ja āstae manasā smaran
इन्द्रियार्थान्विमूढात्मामिथ्याचारःसउच्यते ११
Indrijārthaṅ vimūd́hātmā mithjātshārah- sa utshjatae
यस्त्विन्द्रियाणिमनसानियम्यारभतेऽर्जुन १
Jas tvindrijāńi manasā nijamja ārabhatae'rdshuna
कर्मेन्द्रियैःकर्मयोगमसक्तःसविशिष्यते ११
Karmaendrijaih- karmajogam asaktah- sa viśishjatae
नियतंकुरुकर्मत्वंकर्मज्यायोह्यकर्मणः १
Nijataṅ kuru karma tvaṅ karma dshjājo hjakarmańah-
शरीरयात्रापिचतेनप्रसिद्ध्येदकर्मणः ११
Śarīrajātrā pi tsha tae na prasiddhjaed akarmańah-

Signa distinctiva sive interpunctiones, quibus seqarantur disticha et hemistichia, atque pausae indicantur minores majoresve, sunt

।, ॥ ,॥॥, ✻, ✻ ✻ .etc

Numeri daevanagarici

१ 1, २ 2, ३ 3, ४ 4, ५ 5, ६ 6, ७ 7, ८ 8, ९ 9, ० 0, १० 10, २० 20, ३० 30 etc.

SECTIO II.

ORTHOËPIA SANSKRITA.

PERMUTATIO LITERARUM.

CAPUT I.

LEGES ORTHOËPIAE GENERALES.

§. 32. Cum soni sanskṛiti ex diverso cognationis genere et gradu non eandem ad se invicem rationem habeant (cf. cap. III.); nec omnes eadem facilitate efferendi, se consequi possunt. Hindi vero etiam ad levissimos sonorum transitus horumque gradus et variationes sensu peculiari animadvertisse videntur, quippe qui quamvis in sonis discrepantiam, duritiem atque hiatum vitare studuerint. Quare literae quaevis contiguae, sive in syllabis formativis, sive in vocabulis, sive in ipsis sententiis concurrerint, ad leges pronuntiandi constantes exiguntur ac mutantur. Quo fit, ut inde omnis sanskritae etymologiae ac linguae formandae, flectendae ac construendae ratio sit definita.

§. 33. Leges autem orthoepiae generales sunt:

1) Literae se magis attrahunt et conjungunt, quo cognatione propiores sunt, repellunt autem, quo remotiores.
2) Hiatus est evitandus.
3) Compensatio servanda.

*) Attamen leges hae non usque eo valent, ut linguae perspicuitati obsint.

CAPUT II.

ORTHOËPIA VOCALIUM.

§. 34. Vocalis pura est interdicta, nec permittitur, nisi hiatus evenerit literae elisione aut vocalis producendae causa.

Vocales autem, quae concurrunt, vel ejusdem sunt generis (*savarṅa*), e. c. अ et आ aut इ et ई etc., vel diversi (*asavarṅa*), e. c. अ et इ, aut इ et उ etc. Unde leges sequentes:

I. Quae ejusdem sunt generis, sive breves sint, sive longae, in unam longam confluunt. E. c.

न + अहं = नाहं non ego.
जयति + इन्द्र = जयतीन्द्र Indra vincit.
भानु + उदय = भानूदय solis ortus.
पितृ + ऋद्धि = पितॄद्धि patris opes.
का + आगता = कागता quae advenit?
नदी + इह = नदीह flumen in hoc loco.

II. Diversi autem generis vocales ubi concurrunt, si praecedens sit

1) vocalis simplex,

a) अ vel आ cum sequenti diphthongum efficit. E. c.

तव + इदं = तवेदं tuum hoc.
अद्य + एष hodie ipse = अद्यैष
पुरुष + उत्तम = पुरुषोत्तम homo optimus.
गंगा + उदकं = गंगोदकं Gangae aqua.
अत्र + ओजस = अत्रौजस hic virtus.
तथा + औषध्यं = तथौषध्यं sic medicina.
ब्रह्म + ऋषि = ब्रह्मर्षि Brahmicus sapiens.
यथा + ऐन्द्री = यथैन्द्री sicut Indrae uxor.

b) Sin alia, (quam अ vel आ) cum suam semper habeat semivocalem, (इ ई — य, उ ऊ — व, ऋ ॠ — र, ऌ ॡ — ल) illa in hanc abit. E. c.

राज्ञी+अर्थं = राज्ञ्यर्थं reginae causa.
मनु+अन्तरं = मन्वन्तरं Mani periodus.
स्वसृ+अत्र = स्वस्त्र soror hic.

2) Si, quae praecedit, sit diphthongus, pars ejusdem posterior in suam semivocalem mutatur. Cf. §§. 14—17. E. c.

नै+अन = नयन oculus.
भो+अति = भवति fit.
नै+अक = नायक dux.
पौ+अक = पावक purificans (ignis).
तस्मै+उदकं = तस्मायुदक huic aqua.
पुत्रौ+इमौ = पुत्राविमौ duo hi filii.

*) Quomodo ex legibus hisce fiant permutationes vocalium, adparet in tabula VIII. Ubi si aliqua literarum, quae in linea sunt sinistra perpendiculari, praefigatur literae cuivis, quae in linea vocalium superiori occurrit, utriusque productum invenitur in angulo, in quo duarum literarum lineae concurrunt.

*) Diphthongorum numerus, qui in lingua sanskrita solito minor videtur, definitus est inprimis euphoniae necessitate, quae huic linguae congenita est; qua omnis vocalis, cui semivocalis propria respondet, in hanc abit, ante quamvis aliam vocalem, a se diversam. Diphthongus autem quaevis ad hunc finem lege constanti ante vocalem in vocales suas simplices solvitur, quemadmodum ex harum concursu oritur.

Exceptiones.

1. Semivocales in अय (pro ए), in आय (pro ऐ), in अव (pro ओ), in आव (pro) औ etiam possunt elidi, ubi vocalis pura remanet. E. c. स्वर्ग इन्द्र pro स्वर्गे इन्द्र in coelo Indra, जन आगत pro जनो आगत aliquis venit. Quo in casu hiatus locum habet. Cf. §. 34. supra.

	अ	[illegible]
अ	आ	[illegible]
आ	आ	[illegible]
इ	य	[illegible]
ई	य	[illegible]
उ	व	[illegible]
ऊ	व	[illegible]
ऋ	र	[illegible]
ॠ	र	[illegible]
ऌ	ल	[illegible]
ॡ	ल	[illegible]
ए	अय	अ[illegible]
ऐ	आय	अ[illegible]
ओ	अव	अ[illegible]
औ	आव	अ[illegible]

2) Ubi diphthongus, quae praecedit, est ए vel ओ, si sequatur अ elisio non fit per apocopen sed per aphaeresin; nempe अ haec eliditur, quod apostrophi signo notari solet, e. c. ततोऽर्थः pro ततो अर्थः inde sensus, कालेऽस्ति pro काले अस्ति in tempore est.

3) Vocalis pura permittitur

a) si sit ई vel ऊ vel ए in terminatione cas. 1. 2. et 8 dualis, et ई in अमी hi (pronom.);

b) in fine interjectionum, exclamationum etc. E. c. आ एवं ah! sic; Idem valet de हो eho! नो non, अथो sic! भो etc.

c) In nominum vocativis vocalis finalis, ubi eadem vocando, clamando, cantando plus solito producitur.

*) Diaersis autem in sanskrito notatione non eget.

4) Elisio vocalium quemadmodum et consonantum finalium frequenter etiam locum habet in vocabulis componendis sive cum syllabis formativis, sive cum vocabulis aliis.

Orthoepia vocalium etymologica.

§. 35. Syllaba, quae oritur, si अ semel praeponatur vocalium reliquarum uni (cf. §§. 14 — 17.), dicitur prodiisse ex *conversione* (*guna*, germ. Umlaut); ex *incremento* autem, sive augmine (*vriddhi*) producta, quae nascitur, vocalem अ aut bis praeponendo reliquarum uni, aut, quod eodem spectat, eam praeponendo syllabae ex conversione natae. In utroque casu ऋ et ऌ abeunt in suas semivocales. Nempe

1) *ex conversione.*	2) *ex incremento.*
इ fit ए	अ fit आ
उ fit ओ	इ, ई, ए fit ऐ
ऋ fit अर्	उ, ऊ, ओ fit औ
ऌ fit अल्	ऋ, ॠ fit आर्
	ऌ, ॡ fit आल्

*) **Solutio** semivocalium (*samprasaraṅa*) locum habet, ubi hae in vocales suas refunduntur. — De permutationibus anusvârae, visargae etc. vid. cap. seq.

CAPUT III.

ORTHOËPIA CONSONANTUM.

§. 36. I. Quaevis ex **viginti** consonantibus, quae in tab. II. lineas sive classes **quinque primas** (*tactus* pag. 11) constituunt, si nasales excipiuntur, abit a) in **tenuem** classis suae sive organi ejusdem, **ante mutam vel sibilantem**, b) in **mediam** vero classis suae ante **sonantem** quamvis *).

*) Quae nempe gutture contracto, voce **sonante** effertur. Cf. pag. 11. b. seq.

E. c. ग् vel घ् abit in क् ante क vel ख vel च vel छ etc. aut श etc. Eodem modo क् vel ख् abit in ग् ante ग vel घ vel ध vel द vel न vel व etc. — Itaque ex सर्वशक् ante ब्रह्मन् fit सर्वशग्ब्रह्मन् omnipotens Brahmum, ex अच् ante अन्त fit अजन्त desinens in *atsh*; ex अप् ante ज fit अब्ज in aquis natus; ex बहुलिख् ante व्यास fit बहुलिग्व्यास multa scribens *Vjâsu*; ex जगत् ante एतद् fit जगदेतद् hic mundus; ex षट् (षष्) ante अत्र fit षडत्र sex hic. Contra ex तद् ante सर्व fit तत्सर्व hoc universum, ante फल sic तत्फल hic fructus; ex चित्रलिख् ante कालिदास fit चित्रलिक्कालिदास mirifice scribens Kalidâsa.

II. **Duae aspiratae non possunt esse contiguae**; vel **aspirata**, sive muta sit sive sonans, **ante aspiratam** locum non habet, et si cum ea concurrat, in suam non aspiratam (vel tenuem, vel mediam cf. §. praec.) debet converti.

*) Lex haec jam in priori continetur. E. c. तत्वबुध्+धर्म fit तत्वबुद्धर्म virtus sapientis. अलिख्+भ्यः (termin. cas.) fit अलिग्भ्यः non scribentibus.

III. Tennes ante nasales non in medias solum, sed etiam in nasales classis sive lineae suae mutari possunt; debent autem, si vocabulum sequens, quod nasali incipit, sit afformativum.

Itaque ex वाक्+मात्र fit वाग्मात्र vel वाङ्मात्र lingua solum; ex षड् मास fit षड्मास vel षाण्मास sex menses.

At वाक् cum मय non fit nisi वाङ्मय eloquens, sic मृत, मृन्मय terreus. etc.

IV. Dentales convertuntur in palatales vel capitales vel nasales, quae respondent, quin etiam in ल, prout una harum literarum sequitur. E. c.

तच्च ex तद्+च hocque.
तज्जीवति ex तद्+जीवति hoc vivit.
तड्डयनं ex तद्+डयनं hic volatus etc.
तण्णकारः ex तद्+णकारः haec litera ण
तल्लेखनं ex तद्+लेखनं haec scriptura.

V. Dentalis post ष mutatur capitali, quae ipsi congruit. E. c. जुष satisfacere cum afformativo त fit जुष्ट satisfactus.

VI. Si post न् sequatur vocabulum, quod incipit muta palatali, capitali vel dentali, inter न् et mutam infertur sibilans ejusdem organi congrua (cf. §. 25. p. 10.); न् vero convertitur in anusvaram. E. c.

देहान् et त्वचन्ति coalescunt per स, quia dentalis त sequitur; itaque देहांस्त्वचन्ति corpora tegunt. Sic per श fit कुर्वंश्छायां ex कुर्वन्+छायां faciens umbram. महांष्टंकयत्यरिम् per ष् pro महान्+टंकयत्यरिम् potens ligat hostem.

*) Sibilans etiam inseritur ante vocabulum कृ post praepositiones सम्, परि, उप e. c. संस्कृत sanskrita, ex सम् et कृत
Idem valet ante कृ spargere. disjicere post उप, प्रति, अप et in quibusdam aliis casibus.

*) Nasalem inter et sibilantem etiam tenues ejusdem classis, ad quam nasalis pertinet, quandoque inseri solent. E. c. सुगाण्ट्सु pro सुगाणसु in bene ratiocinantibus.

VII. Nasales consonantes, ante consonantem gutt. pal. capit. dent. sibilantem vel ह frequenter abeunt in anusvâram, alias etiam in nasalem classis, ad quam sequens pertinet. E. c. ex अहम् ego fit अहंकार vel अहङ्कार is, quo ego efficitur. Sic जयन्+शूरः fit जयञ्शूरः vincens heros etc.

VIII. न quod non est finale, et in eodem vocabulo sequitur post ष, र, ऋ, etiamsi aliae literae plures intercedant *) convertitur in ण. E. c. ex प्र et मान fit प्रमाण auctoritas.

*) Exceptis palatalibus, capit. dent. sibilantibus et ल. Nec न mutatur, si cum dentali alia sit compositum.

IX. Post vocalem brevem ङ. ण et न in fine vocis geminantur, si vocabulum sequens initium sumat a vocali. E. c. कुर्वन्+एतद् fit कुर्वन्नेतद् hoc faciens.

X. Consonans, quae in eadem voce literam र sequitur, nulla alia intermedia, duplicatur, exceptis र, ह et sibilantibus. E. c. धर्म्म virtus, पूर्व्व praecedens.

*) Si duplicanda sit aspirata, duplicatio fit, non aspiratam eidem praefigendo. E. c अर्द्ध dimidium, ऋध् crescere. Cf. pag. 12 II. In quo etiam ratio est, cur र et ह non duplicentur, et cur duarum र concurrentium omittatur una, praecedens autem vocalis brevis producatur. E. c. स्वाराज् Indra pro स्वर्+राज् in coelo fulgens.

XI. Post vocalem brevem छ duplicatur ante se sumendo च E. c. तव+छत्र fit तवच्छत्र tua umbella. Rationem v. ib. II.

XII. ष ponitur in loco स si praecedat aut vocalis alia, quam अ vel आ aut gutturalis. E. c. भवि+स्यति fit भविष्यति erit, वक्+सि fit वक्षि dicis.

Idem fit, etiamsi visarga aut anusvāra intercedant. — Contra ष् ab initio radicum linguae, dum flectuntur, semper convertitur in स् E. c. षू generare, सूयते generat.

XIII. स in fine vocabulorum abit in visargam. E. c. ततः pro ततस् inde. स् ante palatalem vel ante श mutatur cum litera श ante capitalem cum ष E. c. अतस्+च fit अतश्च et inde, अतस्+षष्ठः fit अतष्षष्ठः inde sextus.

XIV. श post tenuem fit छ, qua tenuis in palatalem convertitur. E. c. तद् + शास्त्रं fit तच्छास्त्रं hic legum codex.

XV. ह् si concurrat cum tenui vel media, frequenter sive in aspiratam his congruam convertitur, sive cum iisdem coalescit in aspiratam sonantem. E. c. तद् + हि = तद्धि nam hoc, लुह् + त = लुढ desideratum. Ubi quandoque ह् si praecedat, abit in gutturalem mediam vel tenuem E. c. दह् (urere) + त = दग्ध ustum.

XVI. ह् in fine vocum, aut ante mutam vel sonantem (primarum quinque linearum) convertitur sive in capitalem, sive in gutturalem. Sic e.c. दुह् + ति = दोग्धि. Verum लिह् + ति = लेढि

XVII. Si in fine vocabuli sonans aspirata ante aspiratam sonantem, vel sibilantem convertenda sit in mediam (cf p. 22), aspiratio compensatur, transferendo ex vocabuli ultima in primam, si haec sit media. E. c. बुध् sciens + भिः fit भुद्भिः scientibus. Sic दुघ् (ex दुह्) + सि fit धोक्षि

XVIII. Visarga ante mutam palatalem capitalem vel dentalem vertitur in sibilantem, illis congruam (cf. p. 10). E. c. यः + तपति = यस्तपति qui ardet. कः+चरति = कश्चरति quis vadit? कः+टंकयति = कष्टंकयति quis ligat?

Si vero muta, quae visargam sequitur, sit gutturalis aut labialis, visarga mutari non solet. Tunc vero scribi potest vel sic: vel sic ᳵ ubi magis gutture aut palato effertur. *E.* c. कःकरोति vel क ᳵ करोति quis facit?

Si muta sit sibilans, visarga aut in similem verti potest aut manere. E. c. कः शिव vel कश्शिवः quis Siva?

XIX. Visarga ante sonantem

a) ubi अ praecedit visargam (= उ); (illa) cum hoc vertitur in ओ Haec ओ

1) manet

α) ante consonantem. E. c. शिवः + रामते fit शिवो रामते Siva ludit.

β) ante अ, quae vero demitur per aphaeresin (cf. pag. 21), e. c. शिवः + अत्र fit शिवो ऽत्र vel शिवोत्र, Siva hoc in loco. Haec ejectio apostropho notari potest.

2) solvitur in simplices suas अ + उ = अव, ante alias vocales quam अ Ex अव vero व ejicitur, e. c. शिवः + इति = शिव इति. Siva ita (cf. except. 1. p. 20), ubi vocales purae amplius contrahantur.

b) Ubi आ visargam praecedit, visarga omittitur ante sonantem quamvis; e. c. देवा अभवन् pro देवाः + अभवन् dii fuerunt शूरा जयन्ति pro शूराः + जयन्ति fortes vincunt. Idem fit ubi antecedat ओ in भोः, भगोः, अघोः

c) Ubi alia vocalis, quam अ vel आ visargam antecedit, visarga mutatur in र् ante sonantem quamcunque; e. c. कविर्वेद poeta novit, pro कविः + वेद; पतिरीक्षते pro पतिः + ईक्षते dominus videt; मनुर्गतः pro मनुः + गतः Manus profectus.

Si vero, quae sequitur, sonans ipsa sit र ad notam in lege X. praemissam una र ejicitur, et vocalis antecedens, si sit brevis, producitur. Sic मतिः + रूपयति fit मतीरूपयति mens format.

Exceptiones.

1) Visarga vocis अहः (ab अहन्) dies, ante literam quamlibet vertitur in र्, exceptis quibusdam vocabulis, quorum prima ipsa est र, ubi visarga abit in उ, quae cum अ antecedenti efficit ओ,

e. c. अहर्पति dominus diei (sol); अहोरात्रं diem noctemque.

2) Visarga post pronomina सः एषः hic, ante consonantem quamvis abjici solet.

3) Visarga, qui ex र् vocabuli primitivo, ob sequentem mutam, ortus est, redit in र्, si excipiatur a sonante E. c. पुनः संस्कार ritus repetitus, पुनरुक्तजन्मन् renatus dictus. Sic अन्तर्गतः etc.

Addimus permutationes quasdam literarum peculiares, quae syllabis formativis subjectis efficiuntur.

XX. Palatales (attamen छ् et श् frequenter exceptis) sive in fine vocabulorum, sive ante consonantem, nisi haec sit य, converti solent in gutturales. E. c. वच्+ ति = वक्ति loquitur + मि=वक्मि loquor, अवग् loquutus est, etc. Sic प्राञ्च् oriens, fit प्राङ् in casu 1. masc. प्राक् neutr., et cum भिः fit प्राग्भिः orientibus, cum सु fit प्राक्षु (cf. XII. p. 24.) in orientibus.

*) Contentione efferendi consonantem aliam, palatalis in gutturali retinetur.

XXI. छ् et श् quandoque etiam ज् in fine vocabulorum et ante consonantem (si nasales, semivocales et ह् excipias), mutantur in capitalem sive tenuem sive mediam, vel in ष् vel nonnunquam in gutturalem med. aut ten., prout leges reliquae postulant E. c. -प्राछ् (in compos.) interrogans +भिः=-प्राड्भिः interrogantibus, +सु= -प्राट्सु in interrogantibus. स्पृश् tangens in casu 1. स्पृक् vel स्पृग् et cum भिः fit स्पृग्भिः tangentibus, cum सु स्पृक्षु in tangentibus. Cf. leg. XII. supra.

XXII. ष् ante स. sive क fit,sive alias in visargam convertitur, et ad leges visargae permutatur. E. c. द्विष् odio habere+सि=द्विक्षि odisti; at सजुष् socius fit in 1, casu sing. सजुः et cum भिः सजुर्भिः sociis etc. मृज् purificare cum सि (cf. legem XXI) fit मार्क्षि purificas. etc.

A n i m a d v e r s i o n e s.

1) Anusvāra, vocalis nasalis, indolem habet ambiguam et fluctuantem, quin etiam in semivocales य, ल, व abire potest.

2) Cognatio propingua, quae est inter aspiratas et ह quae porro inter palatales, gutturales, sibilantes et capitales, ex legibus adlatis adparet.

3) Inde etiam patet, sonum quidem antecedentem saepissime definiri ac pendere a sequenti, frequenter hunc ab illo, haud raro tamen utrumque manifesto constitui vi ac efficientia mutua. Sic afformativorum initialis त vel थ convertitur in ध ob sonantem aspiratam, si antecedat; haec vero etiam, aspiratione amissa, in mediam vel tenuem mutatur. E.c. बंध्‌ ligare, cum त fit बद्ध ligatus.

4) Permutatio literarum, quam orthoëpiam etymologicam nominavimus, praecipue locum habet in vocabulis formandis ac flectendis, ubi brevitatis causâ illis dicendi formulis: Conversio, Incrementum, utemur; ut alias Anusvara et Visarga. Cf. §. 18. Novis quippe rebus nova nomina ponimus.

5) Ex legibus Orthoepiae saṇskṛitae coalescunt non in eodem solum vocabulo syllabae, sed etiam harum concretione euphonica voces, quae in sensu minus unitae sunt; quin ipsae sententiae conjunguntur. Qua conjunctione sublata ipsas leges ac linguae indolem infringi ac tolli necesse est. Itaque hujus ratio cum alia aliarum linguarum perperam confunderetur, si, nulla syllabarum, quae per naturam saṇskṛitam concretae sunt, ratione habita, scribens voces discinderet, speciem scripturae obtenturus, a qua et lingua saṇskrita maximam partem abhorret, et omnis consuetudo Hindorum, quam Angli jure retinendam putarunt. Qui vero vocabula solum, ubi permutatio literarum euphonica permittit, disjungeret, ea frequenter conjuncta relinquere deberet, quae sensu magis separata sunt, separare autem, quae sensu potius sunt unita. Quo quidem majorem adhuc confusionem ac linguae difficultatem oriri necesse est.

Signa autem nova et aliena in scripturam sanskṛitam inferre, ut quibusdam placuit, e. c. puncta, quae in libris Serampurae typis exscriptis reperiuntur, minime probamus. — Caeterum de signis distinctivis consuetudine indica receptis cf. p. 17., ubi notae simpliciores, quibus pausae minores indicantur, e. c. ।, ॥, aeque conjunctivae sunt ac distinctivae.

6) Distinctionem, quae alias fieri solet inter literas, syllabas et vocabula, hic praetermittimus. Omnis quippe litera sanskṛita (अक्षर) vim habet syllabae; multa vero sunt vocabula significativa (शब्द) quibus res subjecta est, quae unica solum litera aut syllaba constant.

Quamobrem discrimen nobis hic potius in eo positum est, utrum sonum spectes solum in se qua talem, an vero significandi vi praeditum, et proinde qua partem orationis. Sonum, qui externus modo consideratur, in libro primo tractavimus. Ubi vero sensum accipit, ac synthesis evadit externi ac interni, radix est linguae. De linguae autem radicibus, earum ortu, formatione, partibus orationis inde fictis etc. v. libr. II.

LIBER SECUNDUS.

DE VOCABULIS FORMANDIS.

PARTES ORATIONIS.

CAPUT I.

DE SONIS SIGNIFICATIVIS ET LINGUAE RADICIBUS.

§. 37. Hanc per omnem linguam observamus spiritus naturam, ut motio ex ipso orta et inde varie formata in ipsumque reversa absolvatur. Itaque cum spiritus se per vocem in linguam transformet, haec cum integra tum in omni parte ac elemento suo ejusdem naturam refert ac indolem. Ipse vero se informat 1) sonorum systemati sive alphabeto (cf. §. 26. supra); quemadmodum, 2) structurae organorum vocis, ib.; 3) sonis etiam objectorum ac motuum diversis, qui in natura externa repraesentantur, eorumque universitati, quibus rerum anima se manifestat sonans (repraesentationibus); 4) adfectuum porro ac sensuum animi vocibus, quae interjectiones audiunt (sensibus); 5) nominibus denique idearum substantialium viriumque essentialium sive entium mythicorum etc.

Ad horum (Nr. 1 — 5) omnium, naturae internae atque externae, similitudinem se informavit, licet modo non plane eodem apud diversas gentes, nominibus conceptuum primitivorum originalibus, quae quidem, qua nondum ut partes orationis spectantur, sed ut elementa ejusdem simpliciora (धातवः), linguae radices nominamus.

Itaque hae spectantur nec formatae derivando ab aliis vocabulis, nec amplius nunc flexu definitae; sed ex primitus individuis abstractae, sensus adhuc vagi, infiniti, quas signis objectorum hieroglyphicis quodammodo comparare posses, aut vocabulis linguae Chinensium antiquioris informibus (v. M. Abel-Remusat Elemens de la grammaire chinoise 1822).

Iisdem vero primitivae potissimum ideae exprimuntur. E. c. motio, etc.; cum enim attributum dirimatur a substantia, vel extra hanc statuatur, qua cum unitur per copulam, spatium generari concipimus, et in eo successionem, qua motio efficitur.

Quo fit, ut radices illae matrices foecundae habeantur, unde formam variando, rerum diversarum, attributorumque ac rationum, quae inter illa intercedunt, nomina fingantur. Hindi in ipsis materiam primam significativam, linguae naturam प्रकृतिम् sitam dicunt.

§. 38. Quare radices, sive elementa linguae sanskṛitae significativa (धातवः), plurimam partem monosyllaba, nec substantivum denotant solum, nec verbum modo, aut aliam orationis partem Ad easdem vero vocabula sanskrita paene omnia, licet non ab omnibus eodem prorsus modo, reducuntur, auferendo ac restituendo, quae per flexionem addita sunt aut mutata. Quin quaedam voces pluriliterae numero radicum falso adscribuntur, quippe quae manifesto compositae sunt iisdem monosyllabis.

Omnes hae radices numerum efficiunt, qui inter 1750 et 2000 versatur. Earundem indices reperiuntur cum in conscriptionibus pe-

culiaribus, tum in grammaticis Hindorum, ubi diversae cujusvis radicis significationes ac flexionum modi subjecti sunt.

Ibidem ditsribuuntur in decem classes pro decem modis, quibus earundem fit conjugatio. Unde indices illae धातुदशगणाः audiunt.

*) In Siddhânta-Kaumude, quae Calcuttae typis exscripta est, habentur in fol. 107 — 151. Etiam ab Anglis editae sunt, e. c. a cl. Wilkinsio (Londinii 1815), a cl. Wilsonio (Lexico ejusdem sanskrito Calcuttae 1819 insertae), a cl. Carey (gram. sanskr. Seramp. 1806) et aliis. Classis earundem prima erudite tractata est a cl. Colebrookio in ejusd. gram. P I.

Literae indicativae, diversae अनुबंधाः, quae in conscriptionibus suffixae sunt ipsis radicibus, regulas indicant, ad quas radices flectuntur. Radicum numerus alius in aliis indicibus ex eo venit 1) quod eadem radix saepius in variis classibus occurrat, ut quae diverso modo flectatur, 2) quod eadem radix frequenter diverso modo scribatur. Nam initiales ष et ण saepe sunt pro स et न, porro व et ब, etiam interdum स et श commutantur.

Radicum sanskritarum complexio धातुपाठ Hindis est, plantae instar aut pediculi in flore fructuve compositi, integrum systema, non aggregatum casu congestum; sed धातुमंजरी.

CAPUT II.

DE PARTIBUS ORATIONIS.

§. 39. Primitivam hanc spiritus formam concepimus, qua, cum procedens se manifestet in objecto, et manifestatus revertatur, utrinsque egressi et reversi copula ipse sit et unio. Manifestando autem se tempore et spatio formet. Quo intelligimus, quomodo triplex haec forma et similem habeat in enuntiatione trinam

linguae originalem, quam grammatici subjectum, praedicatum et copulam nominant, quibus nomen substantivum, attributivum et copula sive (si haec cum attributivo juncta sit) verbum respondent; quae partes orationis sunt tres primariae. Verum enim vero intellectus nostri ea est indoles, ut, si conceptum distinguamus, ipse distinctus in judicium abeat, sive ejus formam induat, ubi praedicatum a subjecto discernitur, et una cum eodem copulatur. Quod quidem amplius adparet ex syllogismi intentione, adsumtione et connexione etc

§. 40. Nomen grammaticis sanskritis est नामन् vel शब्द; attributivum शब्दविशेषण (vocis distinctivum, etiam गुणवाचक qualitatem indicans); verbum, quod et copula, अस esse, habetur, क्रिया i. e. actio (unde adverbium क्रियाविशेषण i. e. actionis distinctivum nominatur). In actione autem est vita orationis. Unde quaevis orationis pars definitur ratione, quam ad actionem क्रिया habet, sive potius ad subjectum sententiae, quod in agente कर्तृ est, unde actio oritur, et cujus objectum est कर्म actum, cui attributivum विशेषण respondet, id, quod ab agente distinguitur, atque conjungitur cum eodem.

Pronomen, Numerus.

§. 41. Spiritus autem originitus progrediendo dum se sibi objicit, et, quod ipsi objectum est, in se resumit, efficit, ut hoc तद् primitus indefinitum, universale concipiatur, tum particulare, tu त्वं (unde तत्त्वं hoc tu, natura substantialis), denique ope hujus concretum (अस्मद् esse cogitans) अहम् ego (unde अहंकार: is, quo ego fit). Itaque spiritus sui ipsius स्वात्मन: fit conscius, dum ipse cogitans (subjectum), percipiendo objectum, expergiscitur. Quare Hindi ab hoc existente तत्सत, cui

personae characterem tribuunt, exordiuntur quemadmodum rerum ita et personarum in grammatica ordinem. Ipsis proinde hoc est प्रथमपुरुष persona prima, tu vero मध्यमपुरुष persona media, ego autem उत्तमपुरुष persona suprema. Non enim concipitur ego absque tu; tu autem, antequam ad ego refertur, est hoc. Oppositum vero alienum त्व cogitatur a subjecto subserviens, युष्मत् (a युष् servire, मत् cogitans). Nomen vero अहम् ego cum eo, quod supra pag. 13. de आम्, ओम् dictum est, congruit. Quamobrem personae etiam nominantur अस्मद्वाच्य, युष्मद्वाच्य et नामवाच्य.

Cum ego et tu personae originitus in se invicem reflectantur, ac definiantur substantive (pronomina substantiva), particulari generis distinguendi forma non egent.

§. 42. Ex dictis porro adparet, 1) cur nomine personae tertiae तद् hoc (quod primitus antecedens cogitatur) et demonstrativum notetur, atque etiam articulus, et cur adjectivi potius loco sit, quam substantivi; 2) patet numerorum primorum origo, cum cardinalium, tum ordinalium, quos grammatici sanskriti pronominibus adscribunt; 3) quo sensu in pronominum classe sint पूर्व prior, चरम ultimus, उभ ambo, स्व proprius, अन्य, पर, त्व alius, alienus, सर्व totum, universum etc.; 4) unde oriatur numerus grammaticus, एकवचनं dictio singularis, द्विवचनं dualis et बहुवचनं pluralis, quarum quaevis et tribus personarum formis concipitur; 5) qua ratione pronomen potius dicatur सर्वनामन् nomen universale indefinitum at indicativum in concreto etc.

Genus.

§. 43. Cum a cogitante statuatur aliud ab ipso objectum; ipse, ego, est agens कर्तृ ac पुंस् mas; hoc vero tu patiens कर्मन् (objectum) ac स्त्री foemina; unde nominum et verborum genera et formae horum distinctivae लिंगानि, prout

agens aut patiens कर्म magis respicitur. Si patiens primario spectetur, agens, instrumenti instar, etiam terminatione flectitur instrumentali (v. infra). Ubi vero res haud ita concipitur, ut alteri sit opposita, nomen ejusdem neutrum (नपुंसक non ad marem pertinens) nec marem indicat nec foeminam. Verbi autem forma neutra vel media aut reflexiva आत्मनेपद, neque activa transitiva परस्मैपद est, neque passiva, de quo infra.

Casus.

§. 44. Forma primitiva, qua ratio subjecti sive agentis कर्त्तृ indicatur in nomine, dicitur casus primus प्रथमाविभक्ति (prima distributio, primus exponens) nominativus; ea vero primitiva, qua notatur ratio objecti कर्म, द्वितीयाविभक्ति vocatur. Casus hos nominamus primitivos; quippe qui sententiae subjecto et objecto congruunt, itaque et pronominibus ego et tu, sive nominibus universalibus, quorum loco esse सर्वनामस्थाना: dicuntur (cf. §. 39 — 43 et infra) et ad quos et.: . Vocativus, in du. et plurali, etiam quod ad formam, numerari potest. At in singulari Vocativi literae finales corripi solent.

§. 45. Si vero objectum aut patiens in oratione praecipue respiciatur, ac proinde per formam casus primi vel nominativi (alias subjecti) flectatur, hoc etiam cum per verbi passivum कर्मणिवाच्य tum in subjecto indicatur, quod casus terti vel instrumentalis (करण) terminationem sumit.

§. 46. Accedunt relationes rerum aliae, hic secundariae, in primis causa, finis et aequalitas (identitas), atque inde similes in tempore et spatio rationes, quae in nominibus exprimendae sunt. Unde casu quarto सम्प्रदान indicatur id, cui quid datur, ad quod dirigitur etc.; casu quinto, अपादान id, a quo quid tollitur, unde venit, oritur etc.; casu septimo अधिकरणि id, in quo

quid est, sive in tempore sit, sive in spatio, sive in conceptu aut idea. Hi tres casus eodem ordine nominari possunt dativus, ablativus et locativus. Iidem cum nominativo, objectivo vel accusativo, (duobus primitivis) et cum instrumentali, casus ergo sex, a grammaticis sanskritis dicuntur कारकाः ad actionis efficientiam, sive rectionem कारकं pertinentes.

§. 47. Ab his casibus distinguitur

a) sextus, quem सम्बंधं conjunctum dicunt, ut, qui cum praedicati tum subjecti vices saepissime gerit, quin ab actione definiri videatur. Eundem nominamus genitivum, qui ipsi respondet.

b) सम्बोधन (adloquutivus) vocativus, alias casus octavus, qui ad orationis partes neque dependendi, neque inhaerendi rationem habet.

§. 48. Cum casuum significationibus conveniunt genera verborum, primo derivatorum. Unde nomina agentis कर्तृ nomina patientis, objecti कर्म nomina instrumenti करण etc.

§ 49. Etiam attributivum induere potest substantiae naturam, unde attributiva subsantiva oriuntur. Si attributivum una prodat naturam actionis sive verbi (copulae cum attributo conjunctae), eam participare dicitur; unde participia et infinitivus.

Quae vero vocabula, ab ipsis radcibus derivata, ad actionem sive agentem referuntur, hac nominantur formatione ficta कृदन्ताः

etc. etc.

Praepostio et conjunctio.

§. 50. At rerum rationes, harumque modi, ut amplius definiri possint, etiam in sanskrito particulares postulant voces, quibus casus regantur, et quas, licet etiam postponi soleant, more tamen nostro praepositiones nominabimus, in sanskrito melius उपसर्गा adjuvantes voces dicuntur.

Praepositionibus, quibus nominum relationes exprimuntur, respondent **conjunctiones** sive particulae conjunctivae in sententiis connectendis. Unde fit ut in conjunctionum loco lingua sanskrita casus restituat. Verum praepositionum et conjunctionum vim convenire significationi casuum, amplius patebit.

De attributivis verbalibus, participiis, adverbiis निपात insertis ac interjectionibus etc. suo loco.

Formatio vocabulorum.

§. 51. Orationis partes variae derivantur sive finguntur per प्रत्यय formativas literas, आगम earundem accessionem, आदेश substitutionem, लोप vel लुक् amputationem aut rejectionem, गुण vocalium conversionem, वृद्धि earundem incrementum. Cf. §. 38. 35. et al.

CAPUT III.

VOCES RUDES SIVE NON FLEXAE.

§. 52. Nomina quaecunque, sive ab ipsis linguae radicibus deriventur, sive ab iis, quae inde formata sunt, verbis aut nominibus; vel sint substantiva vel attributiva vel pronomina aut numeri, **formam** habent **primam, nondum declinatam, rudem**, quae stirps ac casuum et numerorum formis fundamentum est, in quibus maximam partem, praecipue in neutro singulari cas. 1. 2. 8. frequenter immutata adparet. Nominativi forma jam declinata est, quae subjecti in sententia rationem exprimit. Hoc autem nisi in relatione mutua esse nequit. Nomen autem **rude** dicitur प्रातिपदिक eo quod in declinationis aut conjugationis forma पद nominatur. अव्यय indeclinabile est, si nullam admittat declinationis formam. Syllabae vero formativae, quae ad casus notandos usurpantur, **distributionum**

vel portionum विभक्तीनां nomen habent. Cf. §. 44. Ad nominum declinationem primo necesse est, ut forma rudis sciatur et casus etiam primus singularis.

Declinationes.

§. 53. Omnium classium nomina, sive substantiva sint, sive attributiva participia, aut pronomina, et in quascunque literas desinant, declinare solent in tribus numeris singulari, duali et plurali, per octo casus, et, nisi substantiva sint, quae etiam saepe plura genera habent, maximam partem per tria genera, ope literarum formativarum.

Hae imprimis sunt terminationes communes, quibus magna nominum pars flectitur, dummodo illas his subjiciendo orthoepiae leges observentur

Nomina enim exire possunt in omnes fere alphabeti sanskriti literas. In earundem autem declinatione non externum modo ac primario ordinem observandum putamus, qui literarum in vocabulis finalium serie definitur; sed eum potius praeferendum ordinem, qui primum ad legem dirigitur communem et ad eam rationem, qua secundum regulas generales nomina magis minusve a lege communi recedunt.

Itaque a simpliciori semper et faciliori inchoare et dividendo rem magis distinctam reddere studuimus. Incipienti declinationem a nominibus quae in अ desinunt, regularum confusio et difficultas haud erit evitanda.

Quamobrem primo unum, principalem, nomina declinandi modum admittimus, qui terminationibus fit sequentibus:

E X

...V. ad pag. 39.

c. 1.	7.	c. 8.
औ		
ावौ	षु	ग्लावः
तरौ	षु	पितरः
र्वतौ	सु	कुर्वतः
त्यौ	षु	कुर्वत्यः
र्वती	सु	कुर्वंति

Paradigmata

Terminationes communes.

Casus.	*Singul.*	*Dual.*	*Plur.*
Nominativus	:	औ	अः
Objectivus vel Accusativus	अम्	औ	अः
Instrumentalis	आ	भ्यां	भिः
Dativus	ए	भ्यां	भ्यः
Ablativus	अः	भ्यां	भ्यः
Genitivus	अः	ओः	आं
Locativus	इ	ओः	सु
Vocativus		औ	अः

His flectuntur potissimum nomina. quae in consonantes exeunt, aut diphthongos, vel आ radicale.

Verum magna etiam nominum pars est, quae ab hac forma communi recedunt, illi pronominum, magis anomalae, propiora. Quare praeter communem et duas alias statuimus declinationes, nempe secundam eorum, quae desinunt in vocales simplices, et tertiam pronominum.

§. 54.

DECLINATIO PRIMA COMMUNIS.

A. Nomina generis masculini aut foeminini.

I. Quae desinunt in consonantem; ubi inprimis notandum:

a) Haec, maximam partem, in sing. Nominativo pro Visarga, terminatione, adhibent consonantem aut ipsam vocis ultimam, aut pro illa substitutam, pro diversitate classis literarum aliam, quam etiam ante terminationes semper retinent, quae a conso-

nante initium sumunt. At in casibus, quorum terminationes initialem habent vocalem, has subjiciunt consonanti, quae formae rudis finalis est. Quodsi ultima formae rudis sit aspirata, pro hac in singularis nominativo et ante consonantes terminationum substituitur, quae respondet, tenuis vel media.

b) Magna horum nominum pars in casibus **primitivis** (sive universalibus aut pronominalibus, cf. §. 44. p. 35), **excepto** tamen hic semper **casu objectivo pluralis**, ultimam ante terminationes syllabam frequenter obtinet **longiorem**, quam in reliquis casibus. Nam aut ejusdem syllabae vocalem ipsam producunt, aut nasalem inserunt post eam, aut utrumque faciunt, aut quo idem fere efficitur, in reliquis casibus, qui non sunt primitivi, ultimam corripiunt vel contrahunt. In eorundem numero inprimis ea sunt, quae vel in न् exeunt, aut hanc literam in sing. nominativo assumunt. Reliquas exceptiones loco congruo addemus.

§. 55.

Nomina desinentia in consonantem.

1) In *gutturalem* क्, vel ख्, ग्, घ्.

सर्वशाक् *) *omnipotens.* *) Cf. §. 36.

Masc et Foem.

	Sing.	*Du.*	*Plur.*
Nom.	शाक्, ग्	शाकौ	शाकः
Obj.	शाकं	शाकौ	शाकः
Instr.	शाका	शाग्भ्यां	शाग्भिः
Dat.	शाके	*id.*	शाग्भ्यः
Abl.	शाकः	*id.*	शाग्भ्यः
Gen.	शाकः	शाकोः	शाकां
Loc.	शाकि	*id.*	शाक्सु शाक्षु (§. 36.)
Voc.	शाक्	शाकौ	शाकः

बहुलिख् *multum scribens.*

Masc. et Foemin.

	Sing.	*Du.*	*Plur.*
Nom.	-लिक्, ग्	लिखौ	लिखः
Obj.	-लिखं	*id.*	*id.*
Instr.	-लिखा	लिग्भ्यां	लिग्भिः
Dat.	-लिखे	*id.*	लिग्भ्यः
Abl.	-लिखः	*id.*	*id.*
Gen.	*id.*	लिखोः	लिखां
Loc.	-लिखि	*id.*	लिक्सु (लिक्षु ib.)
Voc.	-लिक्, ग्	लिखौ	लिखः

§. 56.

2) Quae in *palatalem* च् vel छ्, ज्, झ्, श् exeunt, has literas in fine vocabuli, itaque in Nominativo sing., et ante consonantes terminationum initiales, mutant in non aspiratas aut gutturales, ubi flectuntur instar eorum, quorum ultima est gutturalis, aut in capitales. Cf. §. 36. XX. XXI E. c.

वाच् *Sermo.*

Foemin.

Cas.	*Sing.*	*Du.*	*Plur.*
Nom.	वाक्, ग्	वाचौ	वाचः
Obj.	वाचं	*id.*	*id.*
Instr.	वाचा	वाग्भ्यां	वाग्भिः
Dat.	वाचे	*id.*	वाग्भ्यः
Abl.	वाचः	*id.*	*id.*
Gen.	वाचः	वाचोः	वाचां
Loc.	वाचि	*id.*	वाक्षु, वाक्सु
Voc.	वाक्, ग्	वाचौ	वाचः

परिव्राज् *Masc. Circuitor.*

Cas.	*Sing.*	*Du.*	*Plur.*
Nom.	परिव्राट्, ड्	व्राजौ	व्राजः
Obj.	– व्राजं	*id.*	*id.*
Instr.	– व्राजा	व्राड्भ्यां	व्राड्भिः
Dat.	– व्राजे	*id.*	व्राड्भ्यः
Abl.	– व्राजः	*id.*	*id.*
Gen.	– *id.*	व्राजोः	व्राजां
Loc.	– व्राजि	*id.*	व्राट्सु
Voc.	– व्राट्, ड्	व्राजौ	व्राजः

Notandum.

a) Ex iis in श्, दिश् f. regio mundi, in c. 1. sing. habet दिक् v. ग् c. 2. दिशं in dual. c. 3 दिग्भ्यां etc. Ita दृश् visus, स्पृश् tactus etc. At विश् intrans, in compos. विट् vel ड् etc.

b) Si vox rudis ultimam consonantem habeat compositam, quarum prima est स्, haec rejicitur. E. c. भ्रस्ज fit भ्रट्.

c) प्राछ् (in compositione) interrogans, ante terminationes, quae vocali incipiunt, छ् suum etiam convertere potest in श्. Cf. §. 36. XX.

d) Quae exeunt in अञ्च्, distingui oportet, prout अञ्च् motionem indicat aut cultum. Si cultum, in casu 1. sing. et ante consonantes pro ञ्च् ponitur ङ्, ante mutam स vero ङ्क् (cf. 36. VI); sin autem motionem, nomen flectitur eodem quidem modo in casibus primitivis; in reliquis vero न् ex ञ्च् abjicitur, et, quod superest, च् ex regula communi ante consonantem terminationum mutatur in ग् et क्. Praeterea etiam in iisdem casibus reliquis vocabula प्रत्यञ्च् et उदञ्च् si subjungatur terminatio, quae vocali incipit ई assumunt ante च्, ubi

et य ex प्रत्यञ्च् omittitur. E. c. प्रतीचा per septrionalem etc. In iisdem casibus तिर्यञ्च् pro यञ्च् assumit अश्, unde तिरश्चा per obliquum.

e) खञ्ज् claudicans ex radice न् resumit (pro ञ् pro qua aliae accipiunt gutturalem), et in reliquis etiam casibus nasalem ante ज् inserit.

f) अवयाज् cultor inferior, in c. 1. sing. ज् mutat in visargam, et ante भ terminationum आज् convertit in ओ (in quod alias visarga cum antecetendi अ ante mediam vel mollem converti solet); e. c. अवयोभिः per cultores inferiores.

§. 57.

Generalem palatalium legem etiam servant composita, quae exeunt in श्च radicale, vel in ह् quas literas in fine vocis (nom. sing.) et ante consonantem terminationum mutant in gutturalem aut capitalem. Ceterum illas retinent, et more communi declinantur.

§. 58.

3) Quae desinunt in capitalem, in omnibus formam communem habent. E. c. सुगण् bonus ratiocinator cf. §. 36. VII. p. 24.

Cas.	Sing.	Du.	Plur.
Nom.	सुगण्	सुगणौ	सुगणः
Obj.	सुगणं	सुगणौ	id.
Instr.	सुगणा	सुगण्भ्यां	सुगण्भिः
Dat.	सुगणे	id.	सुगण्भ्यः
Abl.	सुगणः	id.	id.
Gen.	id.	सुगणोः	सुगणां
Loc.	सुगणि	id.	सुगण्ट्सु (-गण्सु ib.)
Voc.	सुगण्	सुगणौ	सुगणः

§. 59.

4) Nomina, quae exeunt in dentalem, eam, si non sit aspirata, in Nomin. sing. et casibus reliquis retinent, observata tamen

semper orthoepiae lege; sin aspirata sit, eam in Nom. sing. et ante consonantem terminationum, mutant in tenuem aut mediam. Ceterum more prorsus communi declinantur. Cf. §. 36.

II. XVII. मरुत् *Masc. ventus.*

Cas.	*Sing.*	*Du.*	*Plur.*
Nom.	मरुत्, द्	मरुतौ	मरुतः
Obj.	मरुतं	*id.*	मरुतः
Instr.	मरुता	मरुद्भ्यां	मरुद्भिः
Dat.	मरुते	*id.*	मरुद्भ्यः
Abl.	मरुतः	*id.*	*id.*
Gen.	मरुतः	मरुतोः	मरुतां
Loc.	मरुति	*id.*	मरुत्सु
Voc.	मरुत्	मरुतौ	मरुतः

§. 60.

5) Quae ultimam dentalem in Nom. sing. convertunt in न्, hanc retinent in casibus primitivis, ubi eam cum formae rudis dentali originaria, quae in reliquis casibus sola servatur, conjungunt Cf. Tab. declin. कुर्वन् Ita declinantur participia praes. act., praeterea अर्वन् equus; nisi quod hoc in sing. Nom. habeat अर्वा Eodem fere modo etiam flectuntur, quae formata sunt syllabis वत्, मत्, अत् et in Nom. sing. has mutant in वान्, मान्, आन् . Nam in reliquis casibus आ rursus corripiunt. E. c.

कृतवत् (*partic. praet. act.*) *qui fecit.*

Cas.	*Sing.*	*Du.*	*Plur.*
Nom.	कृतवान्	वंतौ	वंतः
Obj.	- वंतं	*id.*	वतः
Instr.	- वता	वद्भ्यां	वद्भिः
Dat.	- वते	*id.*	वद्भ्यः
Abl.	- वतः	*id.*	*id.*
Gen.	*id.*	वतोः	वतां
Loc.	- वति	*id.*	वत्सु
Voc.	- वन्	वंतौ	वंतः

Exc. महत magnus, in Nom. sing. महान् , etiam in casibus primitivis आ retinet, e. c. in Obj. महांतं magnum. Sed in Instr. महता per magnum etc.

§. 61.

Quae desinunt in अन्, et casum primum formant न् abjiciendo ac producendo literam अ, etiam न् amittunt ante consonantes terminationum. E. c. ब्रह्मन् in forma rudi, ब्रह्मा Brahma masc. Nom. sing. ब्रह्मभिः Instr. pl. At hoc अ producunt in casibus primitivis. Caeterum regulam servant communem. E. c.

आत्मन् *masc. spiritus.*

Cas.	*Sing.*	*Du.*	*Plur.*
Nom.	आत्मा	आत्मानौ	आत्मानः
Obj.	आत्मानं	*id.*	आत्मनः
Instr.	आत्मना	आत्मभ्यां	आत्मभिः
Dat.	आत्मने	*id.*	आत्मभ्यः
Abl.	आत्मनः	*id.*	*id.*
Gen.	*id.*	आत्मनोः	आत्मनां
Loc.	आत्मनि	*id.*	आत्मसु
Voc.	आत्मन्	आत्मनौ	आत्मानः

§. 62.

Ita राजन् rex, in casibus primitivis penultimam अ producit; in nom quoque sing et ante terminationes, quae a consonante incipiunt, न् finale abjicit. Verum etiam अ amittit, in casibus, non primitivis, ante vocalem terminationum. Itaque in sing. fit c. 1. राजा , c. 2. राजानं, c. 3. राज्ञा , pl. c. 3. राजभिः etc.

Eandem legem sequuntur युवन् juvenis, मघवन् Indra, श्वन् canis. Nam ubi contractio in राजन् efficitur, elidendo literam अ hic fit convertendo penultimam व in उ. Unde oritur in sing. c. 1. युवा, c. 2. युवानं, c. 3. यूना etc. Nam literae उ in यु si ad-

datur pro व alia उ, oritur ऊ etc. Eodem modo श्वन् in c. 3. fit शुना et मघवन् in c. 3 मघोना etc.

Similem contractionem in iisdem casibus habet अहन् n. dies. Cf. §. 36. Except. I. p. 26. seq. Quo fit sing. c. 3. अह्ना etc.

Itaque vocalis nominis pellitur a sequenti vocali terminationis, et consonans illius ab hujus consonante.

§. 63.

Ad eandem regulam, ac आत्मन् §. 61. supra, declinantur अर्य्यमन् sol, पूषन् sol, —हन् (in compos.) caedens. Excepto, quod nisi in c. 1. s. literam अ penult. non producant. Sic अर्य्यमणं solem etc.

Verum पूषन् et —हन् more राजन् in राज्ञा etc. etiam in iisdem casibus contractionem patiuntur, dum vox prior in sing. c. 3. habet पूषणा vel पूष्णा; हन् autem, dum ह् simul mutat in घ्, facit —घ्ना etc.

§. 64.

Quae in न् exeunt, quod ex म् radicis ortum est, hoc म् resumunt ante vocalem terminationis. Unde e. c. प्रशान् valde quietus, a शम्, in sing. c. 1, प्रशान् in c. 2 प्रशामं, in du, c. 3 प्रशाभ्यां in pl. c 7. प्रशान्सु vel प्रशान्त्सु cf. §. 36. VI. p. 24.

§. 65.

Quae desinunt in इन्, in casu 1. s. m. इ producunt, ac in eodem et ante consonantem abjiciunt न् finale. E. c. ex कामिन् cupidus, in sing. c. 1. fit कामी, c. 2 कामिनं du c. 3 कामिभ्यां etc.

Excip. पथिन् via, quod in casibus primitivis ante थ् sumit न् radicis पन्थ् ire, इ convertit in आ, et in c. 1 s. pro न् finale assumit Visargam. In reliquis casibus ante vocalem abjicit इन्, ante consonantem vero न् finale. Itaque

Cas.	*Sing.*	*Du.*	*Plur.*
Nom.	पन्थाः	पन्थानौ	पन्थानः
Obj.	पन्थानं	*id.*	पथः
Instr.	पथा	पथिभ्यां	पथिभिः
Dat.	पथे	*id.*	पथिभ्यः
Abl.	पथः	*id.*	*id.*
Gen.	*id.*	पथोः	पथान्
Loc.	पथि	*id.*	पथिषु
Voc.	पथिन्	पन्थानौ	पन्थानः

Eodem modo ac पथिन् declinantur मथिन et ऋभुक्षिन.

66.

6) Quae in labialem exeunt, eodem modo declinantur ac quae in gutt. et dentales, observando legem orthoep. §. 36. 1, et, si finalis sit aspirata, hanc convertendo in illam, quae respondet, tenuem vel mediam. E. c. ककुभ् f. plaga coeli, in sing. N. ककुप vel ब O. ककुभं du. I. ककुभ्यां, pl. L. ककुप्सु.

At अप foem. aquae, quod solum pluralem habet, in casu 1 (primitivo) अ producit, et ante भ terminationum suum प convertit in द. Unde N. आपः O. अपः, I. अद्भिः, D. अद्भ्यः, A. अद्भ्यः G. अपां, L. अप्सु.

§. 67.

7) Quorum ultima est र्, vocalem, quae est ante hanc र्, producunt, quoties र् a consonante terminationis initiali excipitur. In cas. 1. s. र् mutatur in visargam. §. 36. XIX. cf. p. 26. et exc. 3 p. 27. Unde गिर् f. sermo sing. Nom गीः Obj. गिरं, du. Instrum. गीर्भ्यां pl. Loc. गीर्षु. Sic द्वार् porta, पुर् f urbs etc.

§. 68.

8) Ex iis, quae व terminantur, दिव् f coelum, ante consonantem init. termin., व mutat in उ, et in sing. casu 1 व convertit in औ, cui visargam hujus casus subjicit. Ceterum servatur lex or-

thoep. §. 34 II. b. p. 19. Itaque sing. N. द्यौः, O. दिवं, I दिवा du I. द्युभ्यां, pl. L. द्युषु.

§. 69.

9) Quae desinunt in ष्, in sing. N. hoc ष् convertunt in visargam, qui ad leges visargae mutatur, cf. §. 36. XVIII. XIX. c. At, quae penultimam habent इ aut उ, in N. sing. et, quoties initialis terminationum est consonans, ऊ vel उ producunt. E. c. सजुष् m. f. sodalis, sing. N. सजूः, O. सजुषं, du. I. सजूर्भ्यां, pl. L. सजूष्षु vel सजूःषु.

दोष् m. brachium, praeter formam communem, etiam in casibus, qui non sunt primitivi, ubi terminatio initialem habet vocalem, ष् mutare potest in षा, e. c. in sing. I. दोषा et दोष्णा. Hoc consequitur ex forma rudi दोषन् cf. §. 62. supra राजन् etc. §. 63 पूषन्

Quae र् habent ante ष् finalem, hanc abjiciunt ante quamvis terminationem, quae primam habet consonantem, e. c. चिकिर्ष् faciendi cupidus, in sing. Nom. चिकीः, O. चिकिर्षं I, du. चिकीर्भ्यां etc.

Quae in ष् radicalem exeunt, hanc in sing. N. et ante consonantes terminationum mutant in ड् ट्; ceterum regulam servant communem.

De iis, quorum ultima est ह् v. §. 57 supra.

§. 70.

10) Quae exeunt in स्

a) ubi penultima अ est

α) Si स् sit radicalis finalis, in sing. N. mutatur in visargam, et in aliis casibus hujus regulam sequitur, nisi terminatio initialem habeat vocalem, ubi स् remanet. E. c. आसनवस् (ab आसन sedes et वस् morari) in sede morans, in sing. N. आसनवः, O. आसनवसं du. I. आसनवोभ्यां, pl. L. आसनवस्सु.

β) Si non sit radicalis, eodem prorsus modo declinantur, nisi quod in sing. c. 1 अ ante visargam, in quam स् mutatur, producenda sit; e. c. सुवचस् eloquens, sing. N. सुवचाः; O. सुवचसं etc.

b) Ubi penultima radicalis est consonans, स in sing. N. et ante consonantes terminationum abjicitur. E. c. जनहिंस् homines laedens, in sing. Nom. जनहिन्, O.-हिंसं, du. I.-हिन्भ्यां pl. L.-हिन्सु.

Si penultima est इ vel उ, eandem prorsus legem servant, ac ea, quae exeunt in ष् v. §. 69 supra.

§. 71.

Exc. Quae vero sunt participia praet. act. in वस्, aut comparativa in इयस्, in casibus primitivis penultimam producunt, eique nasalem subjiciunt; porro in sing. N. (ut हिंस् supra) स amittunt, et in casibus, quorum terminationes primam habent consonantem, स mutant in द् vel त्. Huc accedit, quod participia in वस् ante vocalem terminationum initialem व convertant in उ, post quam स abire debet in ष. Cf. §. 34. II. b. 36 XII. etc. E. c.

E. e, गरीयस् *gravior* (a गुरु)

Cas.	*sing.*	*cas. du.*		*cas. pl.*	
Nom.	गरीयान्	I.	गरीयद्भ्यां	L.	गरीयत्सु
Obj.	गरीयांसं				
Instr	गरीयसा		etc.		etc.

बभूवस् is, qui fovit, nutrivit (a भू)

Cas.	*Sing.*	*Cas. Du.*		*Cas. Plur.*	
Nom.	बभूवान्	I.	बभूवद्भ्यां	L.	बभूवत्सु
Obj.	बभूवांसं		etc.		etc.
Instr.	बभूषा				

§. 72.

Eodem fere modo declinatur पुंस् mas., nisi quod स् abjiciat in sing. N. non solum sed etiam, ubi स् in prioribus convertitur in dentalem, nempe ante consonantem, terminationum initialem. Anusvāra ante vocalem mutatur in literam म् Itaque

Cas.	*sing.*	*cas,*	*du.*	*cas.*	*pl.*
Nom.	पुमान्	I.	पुंभ्यां	L.	पुंस्सु
Obj.	पुमांसं			vel	पुंसु cf. §. 36 XII. XXII.
Instr.	पुंसा				
Voc.	पुमन्				

§. 73.

11) De iis, quorum ultima est ह्, v. §. 57 supra. Maxima anomalia est vocis वाह् vehens, si componatur cum diversis vocabulis, in casibus, qui non sunt primitivi. In sing. N ह् finalem mutat in capitalem, et in primitivis reliquis legem servat communem.

At in casibus, qui non sunt primitivi, et vocalem ab initio terminationum habent, si अ vel आ antecedat voci वाह्, haec suum वा mutat in औ; sin alia litera antecedat, वा convertit in ऊ cf. §. 34. I. II. etc.

E. c. भारवाह् qui onus portat, in sing. N. भारवाट्-ड्, O. भारवाहं etc. I. भारौहा At भूवाह् qui terram sustinet, in sing. Instr. भूहा.

Exc. श्वेतवाह् albo vectus (Indra) in sing. N. श्वेतवा: O. श्वेतवाहं etc. Instr. श्वेतौहा et श्वेतवाहा etc. Nam hoc nomen in dictis casibus वा convertere potest in औ vel retinere.

अनडुह् bos (ab अनस् carrus et वह्) in casibus primitivis inserit आन् ante ह्, quod in sing. N. abjicit; et ante consonantes terminat. convertit ह् in द् vel त् cf. §. 34. II. Unde sing. Nom. अनड्वान् O. अनड्वांहं Instr. अनडुहा etc. du I. अनडुद्भ्यां pl. L. अनडुत्सु

उपनह् f. calçeus, regulam communem §. 57. servat, nisi quod in sing. Nom. et ante consonantem terminationum ह् mutet in द् vel त्.

§. 74.

II. Nomina, quorum ultima est Diphthongus ऎ, ओ, औ vel radicale आ, in masc. et foem. etiam legem communem §. 53. sequuntur.

*) Quae in diphthonges exeunt, ut alias in flexione frequenter, morem eorum sequi solent, quae litera radicali आ terminantur.

1) Quae desinunt in औ, ante terminationes, quae vocali incipiunt, suam औ ad §. 34 II. 2. mutant in आव, et ad §. 36. XII. pag. 24. स terminationis सु in casu 7 pl. convertunt in ष. Unde e. c.

नौ *foem. navis.*

Cas.	*Sing.*	*Du.*	*Plur.*
Nom.	नौः	नावौ	नावः
Obj.	नावं	*id.*	*id.*
Instr.	नावा	नौभ्यां	नौभिः
Dat.	नावे	*id.*	नौभ्यः
Abl.	नावः	*id.*	*id.*
Gen.	*id.*	नावोः	नावां
Loc.	नावि	नावोः	नौषु
Voc.	नौः	नावौ	नावः

Huc etiam pertinent, quae exeunt in ओ e. c. गो bos, quorum ओ in casibus primitivis incrementum babet, nempe. ओ=आव, cujus literam व in sing. Nom. et pl. Obj. abjicit. In sing. Abl. et Gen. sumit pro अः solum visargam. Ceterum servantur leges orth. §§. 34 35. Quare sing. N. गौः, O. गां. I. गवा etc. du N. गावौ, I. गोभ्यां, pl. N. गावः, O. गाः I. गोभिः etc.

2) Composita, quae आ radicali terminantur, hanc literam abjiciunt, exceptis casibus primitivis (ut supra), et quorum afformativa consonante incipiunt. Quae in रै (=आय) exeunt, contra य amittunt ante consonantem term. et in casu 1 sing. E. c.

शंखध्मा: *concham flans.*

masc. et foem.

Cas.	*Sing.*	*Du.*	*Pl.*
Nom.	-ध्मा:	ध्मौ	ध्मा:
Acc.	-ध्मां	*id.*	ध्म:
Instr.	-ध्मा	ध्माभ्यां	ध्माभि:
Dat.	-ध्मे	*id.*	ध्माभ्य:
Abl.	-ध्म:	*id.*	*id.*
Gen.	-ध्म:	ध्मो:	ध्मां
Loc.	-ध्मि	ध्मो:	ध्मासु
Voc.	-ध्मा	ध्मौ	ध्मा:

रै *masc. foem. opes, res.*

Cas.	*Sing.*	*Du.*	*Plur.*
Nom.	रा:	रायौ	राय:
Obj.	रायं	*id.*	राय:
Instr.	राया	राभ्यां	राभि:
Dat.	राये	*id.*	राभ्य:
Abl.	राय:	*id.*	*id.*
Gen.	*id.*	रायो:	रायां
Loc.	रायि	रायो:	रासु
Voc.	रा:	रायौ	राय:

§. 75.

B. Nomina generis neutrius.

Haec, quae declinationis primae communis formam habent,

1. ubi exeunt in consonantes, declinantur more prorsus eodem, ac masculina, si casus tres, Nom., Obj. et Voc. excipias, quos neutra semper in quovis numero aequales habent.

De tribus his casibus notandum:

1) In singulari,

a) quae in gutturales aut palatales, capitales, dentales, labiales aut sibilantes exeunt, illos casus formant ipso masculini singularis nominativo, sive in hoc ultima formae rudis litera mutata sit, sive non. E. c. हरित् viride in sing. N. हरित् O. हरित् et V. हरित्. परिव्राज् quod circumit sing. N. परिव्राट् O. id. V. id.

Si vero masculinum consonantem ultimam, quam forma rudis habet, mutando, a regula recedit, ea regulae in Neutro servatur; itaque pro च non ङ् sed क् sumit.

b) Ubi vocalis ante consonantem ultimam in singul. masc. Nominativo producta est, in neutro corripitur, e. c. धनिन् Forma rud. धनी sing. masc. Nom. धनि Neutr. N. O. V. ब्रह्मन् F. r ब्रह्मा masc. Nom. ब्रह्म Neutr. N. O. V. दिव् coelum द्यौ masc. Nom. द्यु (in compos.) Neutr. N. O. V. Nam neutrum in his nunquam exit in vocal. longam.

c) Quae ultimam formae rudis dentalem त् in masc. Nominativo convertunt in nasalem न्, in neutro resumunt literam त् sive formam rudem. E. c. कुर्वत् F. r. कुर्वन् masc. N. कुर्वत् Neutr. N. O. V. Si vocalis ante ultimam conson. in masc. N. producta sit, etiam in Neutro corripitur, sic कृतवत् F. r. कृतवान् masc. Nom. कृतवत् Neutr. N. O. V. Eodem modo omnia ejusmodi participia praes. act. et praet. act. Neutrum formant.

d) Ubi formae rudis स् in masculino Nom. convertitur in न्, ut in partic. praet. remot. act., pro eodem त् ponitur in Neutro, ut §. 71. बभूवस्, बभूवान् in Neutr. fit बभूवत्

e) Quae desinunt in स्, ut comparativa et alia, hoc mutant in visargam.

2) in duali

nom. obj. et voc. casus efficiuntur, adjiciendo formae rudi literam ई

3) in plurali autem

subjungendo eidem literam उ. Huic vero ultimae praemitti solet aut nasalis, praecipue si casus 1. masc. eadem in fine utatur, aut vocalis longa, dum ea formae rudis producitur, aut utraque simul, nasalis et vocalis longa. E. c. कृतवत् quod fecit कृतवती duo, quae fecerunt. कृतवन्ति quae fecerunt, plura, युवन् f. r. युव Juvenile युवणी duo juvenilia, युवाणि plura juvenilia, महत् f. r. महान् magnus महत् magnum महान्ति magna, महती duo magna etc.

II. Quae in ओ, औ, ऐ, आ exeunt, has in neutro convertunt, ओ et औ in उ, ऐ in इ ac आ in अ, et declinantur, in sing. du. et plurali, eorum more, quorum ultimae sunt अ, इ, उ v. intra.

§. 76.

DECLINATIO SECUNDA.

Nomina, quae desinunt in vocales simplices.

Haec declinatio postulat, a) frequenter ut terminationes communes post varias nominum classes mutentur, et b) ipsae etiam nominum finales ante terminationem varientur, c) ante quam haud raro literae quoque aliae inseruntur.

Quae qui fiant, ex ordine numerorum et casuum hic subjungimus.

I. Singularis.

1) Nominativi visarga non admittitur

a) post nomina, quae foeminini litera ई aut आ addita formantur, b) quae exeunt in ऋ, pro quo substituunt आ, c) neutra in अ, cui subjiciunt anusvaram, d) neutra in इ, उ, ऋ quae in Nominat., Object. et Vocat. formam habent ipsam rudem.

Quae आ, ई vel ऊ radicalibus formata sunt, visargam admittunt. E. c. धीः intellectus, भीः timor etc.

2) अम् Objectivi non admittitur in omnibus neutris, exceptis quae desinunt in अ, quae vero ex अम् solam nasalem sibi subjungunt. Eaudem modo admittunt etiam omnia nomina, quae in vocalem exeunt, nisi quae ऋ finale mutent in अर्, aut quae finale ई vel ऊ convertunt in इय् vel उव् ubi consonans र्, य् vel व् in fine terminationem objectivi अम् accipit. Cf. Nro. 6 infra.

3) Pro Instrument. आ nomina, quae desinunt in अ substituunt इन, quod post अ facit एन. Nomina masc. et neutr. quae ultimam habent इ vel उ, et, ad libitum neutra, quae in ऋ exeunt, ante terminationem आ inserunt literam न. Foeminina in आ hanc finalem in ए convertunt ante terminationem आ unde fit अया.

4) Pro term. ए Dativi nomina, a) quae desinunt in अ, substituunt अय; vel potius diphthongo ए subjiciunt अ, unde आय ex lege euph. §. 34 II. cf. No. 5 c. infra, b) quae exeunt in इ vel उ, α) Masculina in Dat., Abl., Genit. et Voc. has literas ante terminationes convertunt (ad §. 35) इ in ए, उ in ओ; ubi in Abl. et Genit. ex अः omittitur अ in Vocat. autem integra haec terminatio; β) foeminina duplicem habent formam, nempe eam masculinorum et aliam ubi आ inserunt ante terminationem. V. infra No. 5 c.

5) In locum term. अः ablativi et genitivi a) nomina in ऋ et quaedam in इ desinentia sumunt उः. Nempe सखि amicus पति dominus fiunt in Abl. et Genit. सख्युः पत्युः etc. b) nomina, quorum ultima est अ pro terminatione अः in ablativo utuntur अत्, in genitivo स्य. c) Foeminina, quae exeunt in ई vel ऊ in Dativo, Abl., Genit. et Locativo ante terminationes communes inserunt आ, unde pro ए, अः, अः habetur ऐ, आः आः quae vero in आ desinunt, ante easdem, या sumunt, unde यै, याः, याः.

6) Pro इ locativi a) quae exeunt in ई vel ऊ, masculina et foeminina, et quae in आ, foeminina, adhibent आम् (cf. 5. c. sup.) Ubi vero nomina in ई, ऊ, has literas ante terminationes mutant in इय, उव; post य et व, consonantes, manet इ terminatio communis. V. No. 2 supra. b) Quae in अ exeunt, इ subjungunt, unde ए = अ + इ §. 55. Quae in इ vel उ desinunt, masculina pro terminatione इ communi sumunt औ, foeminina vero vel औ vel आं

7) In Vocativo a) quae exeunt in इ, उ, ऋ conversione utuntur, v. §. 35. ubi ex अर् litera र abit in visargam, b) quae in अ, visargam respuunt, formam rudem servantes; quae in आ, hoc mutant in ए exceptis paucis, quae matrem significant, et अ habent, e. c. अम्ब.

II. Dualis.

1) Pro औ casuum Nom., Obj. et Voc. assumunt.

A. ई a) masculina et foeminina, quae exeunt in इ, b) neutra in इ, उ, ऋ, quae vero omnia ante ई inserunt nasalem, c) foeminina in आ et neutra in अ quorum आ et अ cum ई efficiunt ए §. 34 II.

B. ऊ masculina et foeminina, quae in उ exeunt.

2) In Instr., Dat. et Abl. nomina, cujuscunque generis sint, quae desinunt in अ, hanc finalem producunt ante terminationem भ्यां.

3) In Genit. et locativo masculina et neutra, quae desinunt in अ, finalem convertunt in ए, quae cum terminatione ओः facit अयोः cf. §. 34 II. 2. Sic et foem. in आ.

III. Pluralis.

1) Quae in इ vel उ desinunt, masc. et foem., in Nominat. per conversionem pro iisdem admittunt ए, ओ ante terminationes. Neutra in Nom., Obj. et Voc pro अः sumunt नि (vel णि): ultima vero in nomine vocalis producitur. Quae in अ, dum अः sumunt, faciunt आः quod etiam in foeminini आ nom. et objectivo fit.

2) in Objectivo, quae exeunt in brevem masculina, pro communi terminatione अः substituunt न, ante quod finalem producunt; unde pro अः fit ईन, ऊन, ॠन. etc.

At foeminina in इ, उ ac ॠ et ऊ etiam ea in ई (qua formativum foem.) in casu object. ex terminatione अः solum visargam admittunt post ultimam, quae, si non sit longa, producitur.

3) Quae desinunt in अ, in instrumentali pro भिः assumunt एः quod facit ऐः=अ+एः

4) In Dat., Abl. et Locat. masculina, quorum ultima est अ, hanc literam ante terminationes convertunt in ए. Post ए vero सु fit षु (§. 36 XII.)

5) In Genitivo nomina, quae in vocalem simplicem desinunt, ante आं terminationem, inserunt nasalem न vel ण, ante quam suam finalem producunt. Exc. masculina in ई vel ऊ quae solum आं usurpant, et foeminina in radicale, ई vel ऊ, quae aut ad regulam inserere possunt nasalem, aut eam omittere.

Notandum.

I. Ex illis, quae desinunt in ई, ऊ, si hae literae sint ipsorum radicum, (instar nominum in आ §. 74. 2.) quaedam ad formam communem propius accedunt.

1) Nomina **masculina** plurisyllaba, quae per compositionem ex radicibus finguntur, in quibus non est consonans composita, terminationes solum communes admittunt, observatis modo legibus euphoniae generalibus. E. c. सेनानी bellidux, ग्रामनी vici magister खलपू scoparius etc. (ex radicibus नी ducere, पू purificare).

2) At si vox masculina sit ex simili radice in ई aut ऊ, quae consonantem habet compositam, ante terminationes, quae vocali incipiunt, ई mutari solet in इय् et ऊ in उव्, quibus terminationes communes subjiciuntur. E. c. सुश्री valde beatus, स्वयंभू a se perstans.

In utraque tamen classe nomina, quae desinunt in ई, in loc. sing. pro इ admittunt आं.

3) Foeminina, quae in ई vel ऊ exeunt, inprimis, ubi hae literae sunt generis foeminini formativae, etiam masculinorum morem in prima classe sequuntur, nisi quod in sing. Nom. non admittant visargam; in sing. Dat., Abl., Genit. ac Loc. आ et in pl. Loc. न् inserant ante terminationes; porro in plur. Object. pro अः solum visargam subjungant. E. c. नारी foemina. v. infra.

4) Verum ubi literae ई et ऊ, non ad formandum genus, nominibus subjectae sunt, ad modum masculinorum classis secundae flectuntur, ई et ऊ vertendo in इय्,उव्; attamen in sing. Dat., Abl., Gen et Loc. etiam आ et in plur. Loc. न् ante terminationes inserere **possunt**, vel non. E. c. श्री felicitas, भू terra etc. v. infra.

II. Neutra in इ, उ, ऋ post has finales in quovis numero, ante omnem terminationem, quae vocalem ab initio habet, न् vel ण् admittunt (ad §. 36 VIII). Excipienda sunt nomina in इ et ऋ, quorum pars in singulari, praeter Nom., Obj. et Voc. casus, etiam more

masculini declinari potest. Cf. supra I. 1 a. In Voc. sing. neutra in इ, उ, ऋ duplicem formam habent, eam sui nominativi et illam, quam vocativus in masculino.

III. Ex iis, quorum ultima est ऋ, nomina, quae cognationem indicant, ut पितृ, मातृ etc., distinguuntur a nominibus aliis, quae participia activi sunt, et in casibus primitivis pro ऋ utuntur आर् incremento, cum illa solum conversionem अर् adhibeant. E. c. पितरं patrem, कर्त्तारं factorem etc. Incrementum etiam habent नप्तृ nepos et स्वसृ soror.

§. 77.

Cum his, quae praemisimus, conferendae sunt terminationes in tabula declinationum et paradigmata, quibus quaedam hic addimus, quae ibi locum habere non possunt.

सेनानी masc. dux exercitus (a सेना exercitus et नी ducere.)

Cas.	*Sing.*	*Du.*	*Pl.*
Nom.	सेनानी	सेनान्यौ	सेनान्यः
Acc.	सेनान्यं	*id.*	*id.*
Instr.	सेनान्या	सेनानीभ्यां	सेनानीभिः
Dat.	सेनान्ये	*id.*	सेनानीभ्यः
Abl.	सेनान्यः	*id.*	*id.*
Gen.	सेनान्यः	सेनान्योः	सेनान्यां
Loc.	सेनान्यां	*id.*	सेनानीषु
Voc.	सेनानी	सेनान्यौ	सेनान्यः

खलपू masc. scoparius (a खल quisquiliae et पू purgare.)

Cas.	Sing.	Du.	Plur.
Nom.	खलपूः	खलप्वौ	खलप्वः
Obj.	खलप्वं	id.	id.
Instr.	खलप्वा	खलपूभ्यां	खलपूभिः
Dat.	खलप्वे	id.	खलपूभ्यः
Abl.	खलप्वः	id.	id.
Gen.	id.	खलप्वोः	खलप्वां
Loc.	खलप्वि	id.	खलपूषु
Voc.	खलपू	खलप्वौ	खलप्वः

सुश्री masc. valde fortunatus.

Cas.	Sing.	Du.	Plur.
Nom	सुश्रीः	सुश्रियौ	सुश्रियः
Obj.	सुश्रियं	id.	id.
Instr.	सुश्रिया	सुश्रीभ्यां	सुश्रीभिः
Dat.	सुश्रिये	id.	सुश्रीभ्यः
Abl.	सुश्रियः	id.	id.
Gen.	id.	सुश्रियोः	सुश्रियां–श्रीणां
Loc.	सुश्रियि	id.	सुश्रीषु
Voc.	सुश्रीः	सुश्रियौ	सुश्रियः

स्वयंभू masc. a se existens.

Cas.	Sing.	Du.	Plur
Nom.	–भूः	भुवौ	भुवः
Obj.	–भुवं	id.	id.
Instr.	–भुवा	भूभ्यां	भूभिः
Dat.	–भुवे	id.	भूभ्यः
Abl.	–भुवः	id.	id.
Gen.	id.	भुवोः	भुवां
Loc.	–भुवि	id.	भूषु
Voc.	भूः	भुवौ	भुवः

नारी foem. mulier.

Cas.	Sing.	Du.	Plur.
Nom.	नारी	नार्य्यौ	नार्य्यः
Obj.	नारीं	id.	नारीः
Instr.	नार्य्या	नारीभ्यां	नारीभिः
Dat.	नार्य्यै	id.	नारीभ्यः
Abl.	नार्य्याः	id.	id.
Gen.	id.	नार्य्योः	नारीणां
Loc.	नार्य्यां	id.	नारीषु
Voc.	नारि	नार्य्यौ	नार्य्यः

Vid. §. 74. I. 1. a. 2. 4. b. III 2. 5, etc. cf. §§. 34. 44.

श्री foem. felicitas.

Cas.	Sing.	Du.	Plur.
Nom	श्रीः	श्रियौ	श्रियः
Obj.	श्रियं	id.	id.
Instr.	श्रिया	श्रीभ्यां	श्रीभिः
Dat.	श्रिये – श्रियै	id.	श्रीभ्यः
Abl.	श्रियः – श्रियाः	id.	id.
Gen.	id.	श्रियोः	श्रियां - श्रीणां
Loc.	श्रियि – श्रियां	id.	श्रीषु
Voc.	श्रीः	श्रियौ	श्रियः

भू foem. terra.

Cas.	Sing.	Du.	Plur.
Nom.	भूः	भुवौ	भुवः
Obj.	भुवं	id.	id.
Instr.	भुवा	भूभ्यां	भूभिः
Dat.	भुवे – भुवै	id	भूभ्यः
Abl.	भुवः – भुवाः	id.	id.
Gen.	id.	भुवोः	भुवां, भूनां
Loc.	भुवि – भुवां	id.	भूषु
Voc.	भूः	भुवौ	भुवः

वारि neutr. aqua.

Cas.	Sing.	Du.	Plur.
Nom.	वारि	वारिणी	वारीणि
Obj.	वारि	id.	id.
Instr.	वारिणा	वारिभ्यां	वारिभिः
Dat.	वारिणे	id.	वारिभ्यः
Abl.	वारिणः	id.	id.
Gen.	id.	वारिणोः	वारीणां
Loc.	वारिणि	id.	वारिषु
Voc.	वारे-वारि	वारिणी	वारीणि

सानु neutr. altitudo montium plana.

Cas.	Sing.	Du.	Plur.
Nom	सानु	सानुनी	सानूनि
Obj.	सानु	id.	id.
Instr.	सानुना	सानुभ्यां	सानुभिः
Dat.	सानुने	id.	सानुभ्यः
Abl.	सानुनः	id.	id.
Gen.	id.	सानुनोः	सानूनां
Loc.	सानुनि	id.	सानुषु
Voc.	सानु सानो	सानुनी	सानूनि

कर्त्तृ (in neutro) factor.

Cas.	Sing.	Du.	Plur.
Nom.	कर्त्तृ	कर्त्तृणी	कर्त्तॄणि
Obj.	कर्त्तृ	id.	id.
Instr.	कर्त्रा कर्त्तृणा	कर्त्तृभ्यां	कर्त्तृभिः
Dat.	कर्त्रे कर्त्तृणे	id.	कर्त्तृभ्यः
Abl.	कर्त्तुः कर्त्तृणः	id.	id.
Gen.	id.	कर्त्तृणोः कर्त्रोः	कर्त्तॄणां
Loc.	कर्त्तरि कर्त्तृणि	id.	कर्त्तृषु
Voc.	कर्त्तः कर्त्तृ	कर्त्तृणी	कर्त्तॄणि

§. 78.

Ceterum anomalorum, defectivorum, abundantium, heteroclitorum numerus exiguus est. De pluribus loco congruo Pauca hic accedunt.

1) Duplici declinandi modo flectitur जरा f. senectus, infirmatio, cum instar eorum, quae desinunt in आ, tum illorum, quae in अस् exeunt. Si hoc, in Nom. sing. et ante terminationes, quarum prima est consonans, literam penultimam अ producit, ac स् abjicit; in reliquis formam servat communem; e. c. sing. Nom. जरा Obj. जरसं Voc. जरः, du Instr. जराभ्यां, plur. Loc जरासु, etc.

2) Alia in quibusdam casibus duplicem habent declinationis formam. E. c. क्रोष्टु masc. شغال canis aureus (Schakal) in primitivis flectitur ut nomina in ऋ; in reliquis ut ea in उ, exceptis 5—7 singularis et 6. 7 dualis, ubi utroque modo declinari potest.

3) सखि amicus in cas. primitivis sibi subjungit ऐ ante terminationes, quod=आय् ante vocales, ex quo solum आ retinet in Nom. sing. Ceterum regulam sequitur, nisi in sing. Abl. et Gen., de quibus v. I. 5 supra pag. 56.

4) Neutra अक्षि oculus, अस्थि os (ossis) सक्थि femur, ubi ex regula II. (pag. 58.) न् inserunt, इ finale abjiciunt. Cf. §. 62. ubi flexus analogi etc.

5) Sunt quaedam participia praes. act. in अत् quae त् non convertunt in न् (§. 60), nec nasalem inserunt in casibus primitivis. In horum numero sunt inprimis quaedam ex forma reduplic. ficta, ut ददत् dans. Huc pertinent तुदत् vexans, भात् fulgens etc.

6) Nomina, quae vel duplicem habent formam rudem. e.c. मास et मास् mensis, निशा et निश् nox, हृद् et हृदय cor, mens; vel, si componantur cum aliis, eandem mutant, e.c. राज

pro राजन्, eam semper sequuntur declinationem, in cujus charactere quovis tempore usurpantur. Sic in casu 2 राजानं regem, fit घर्मराजं justitiae regem; c. 3 राज्ञा per regem धर्म-राजेण per regem justitiae.

7) Paucae sunt aliae quae declinationes diversas miscere videntur; in quibus etiam tales, quae, dum formam rudem et longiorem habent et breviorem simul, illam potissimum adhibent in casibus primitivis, hanc in reliquis, ut multa nomina solent. Sic e. c. दन्त et दत् dens, पाद et पद् pes in compos. हृद् et हृदय etc.

8) Sunt quaedam nomina, quae aliquos solum habent casus; in iisdem, quae adverbiorum ac praepositionum instar usurpantur. De his alio loco.

9) Indeclinabilia in Lexicis indicantur.

§. 79.

DECLINATIO TERTIA, PRONOMINUM.

Haec a forma communi prima longius abest, proxime vero accedit ad flexus nominum, quae in Decl. II. in literam अ exeunt. Quare quae de his praemisimus, magnam partem de p r o n o m i n i b u s declinandis valent. Pars enim horum desinit in अ, reliqua in consonantem.

I. Pronomina, quae in अ exeunt, inprimis adjectiva et numeralia quaedam, a ceteris nominibus in अ, de quibus in Decl. secunda, modo sequenti distinguuntur:

I n S i n g u l a r i.

A. M a s c u l i n o et n e u t r o, ubi interseritur स्म vel स्म

1) in D a t. ante terminationem ए communem; unde स्मै=स्म+ए §. 34. II.

2) in Abl. ante terminat. आत्, quam nomina in अ habent; quo fit स्मात्= स्म+आत्.

3) ante Loc. termin., ubi pro इ substituitur इन्; unde cum स्मे efficitur स्मिन्.

B. In foeminini casibus 4 — 7 interjicitur स्या (pro या nominum in आ supra) ante terminationes communes, excepto Locativo, ubi pro ई subjungitur Anusvara.

In Plurali.

A. Masculino

1) Nominativus pro अः sumit इ, quod cum finali अ facit ए.

2) in Genitivo, ubi alibi inseritur nasalis, pronomina sibilantem ante terminationem subjiciunt finali, quae in ए mutatur, unde एषां E. c. सर्व fit सर्वेषां omnium.

B. Foeminina declinantur ut alia nomina foem. in आ; nisi quod etiam in Genitivo pro nasali adsumant sibilantem; unde आसां e. c. सर्वासां omnium.

Attamen sunt pronomina in अ, quae singularis ablativum et loc., porro pluralis nominativum duplici ratione formare possunt, nempe modo dicta et communi. Haec sunt पूर्ब्ब praecedens, orientalis, पर vel अपर sequens, alius, अधर inferior, दक्षिण dexter, meridionalis, उत्तर superior, septentrionalis स्व proprius, अन्तर exterior Unde sing. Abl. पूर्ब्बात् vel पूर्ब्बस्मात् a praecedente, Loc. पूर्ब्बे vel पूर्ब्बस्मिन् in praecedente, plur. nom. पूर्ब्बे vel पूर्ब्बाः praecedentes.

Alia solum plur. nom. duplicem habent: nempe प्रथम primus चरम ultimus, द्वय duo त्रय, tres, द्वितीय secundus, त्रितीय tertius, अर्द्ध dimidius, अल्प paucus कतिपय quantum? quot? नेम dimidius. Unde प्रथमे vel प्रथमाः etc.

II. Quae desinunt in consonantem, in quibus praecipue sunt demonstrativa, relativum et interrogativum, ab iis, quae in अ exeunt, differunt sequentibus.

1) Demonstrativa तद्, एतद्, त्यद्, अदस् in sing. Nom. masc. et foem. dentalem, quam ante finalem continent, vertunt in sibilantem.

2) Demonstrativa तद्, एतद्, त्यद् relativum यद् et interrogativum किम् consonantem finalem in nominativo sing. mutant in masculino in Visargam, in foem. in आ, more nominum, quae in अ exeunt; ubi किम् suum इ in अ convertit. Quo (et praec.) efficitur in sing. Nom. masc. सः, एषः, स्यः, यः, कः foem. सा, एषा, स्या, या, का. Verum अदस् in utroque genere, nempe pro visarga et आ, sumit औ, unde असौ hic, haec.

3) In reliquis casibus ex एतद्, तद्, यद्, किम् eodem ordine fit त, एत (vel aliquoties एन), य, क, quibus in omni genere et numero terminationes eaedem subjiciuntur, ac pronominibus, quae exeunt in अ v. supra. Excepti sunt modo in* sing. Nom., Obj. et Voc. casus, qui a forma rudi non differunt.

* neutro

Notandum.

1) Quaedam pronomina in अ tres casus neutrius sing. aequales etiam eodem modo formant, ac ea, quae in त् exeunt; nempe अन्य alius, अन्यतर alteruter इतर alteruter, कतर uter? कतम quis ex pluribus? quotus quisque? unde अन्यत् vel -द् aliud etc.

2) Quomodo demonstrativa, etiam इदं, अदस् et pronomina personalia declinentur, adparet in tabula declin. cf. §. 41. 44.

3) एतद् in sing casibus 2. 3., plur. c. 2. et du. २. ६. ७. pro त nonnunquam sumit न, unde एन etc.

4) Inter pronomina, quae in अ desinunt, praeter allata, etiam numerantur: सम, et विश्व omnis, उभय ambo, (quod non habet dualem) एक unus, एकतर alteruter, unus ex duobus एकतम, unus ex pluribus; porro यतर qui ex duobus, यतम qui ex pluribus, ततर hic ex duobus, ततम hic ex pluribus.

5) Porro in numerum eorum, quae in consonante terminantur, refertur भवत् ubi ad dignitatem indicandam adhibetur pro dominus. Flectitur hoc quidem ut participia praes. act. (§. 60. et tabula declin. कुर्वत्); at in Nom. sing. masc. ejusdem penultima producitur, unde भवान् dominus.

6) Pronomina, supra numerata, non nisi in sensu ibidem subjecto, ad rationem pronominum declinantur. Ubi alium obtinent, sequuntur declin. secundam. Eandem servant, quando cum aliis componuntur, nisi pronomini, quod in voce subjungitur, vis sensus primaria competat; ubi et pronominis more declinatur.

7) Si ex personalibus अस्मद्, युष्मद् possessiva formanda, id fieri potest addendo vel eorum ablativo sing. मत्, त्वत् formativum ईय, unde मदीय etc, vel genitivo मम formativum क, quo fit ममक etc.

8) Pronominibus तद्, यद्, किम् etc. variae subjunguntur formativae, ubi pro iisdem poni solent त, य, क, e. c. यथा quomodo, यदा quando, कति quot? तति tot यति etc.; nonnunquam etiam ता, या, e. c. तावत् eatenus, tantum, यावत् quatenus, quantum यादृश qualo, तादृश tale etc.

9) Reciproca, formantur repetendo पर vel अन्य primo loco in N. sic परस्पर, अन्योन्य invicem.

§. 80.

Numerorum declinatio.

Quid numerorum flexus cum tribus his declinationum formis commune habeant, quidve proprium, superest dicere. Cf. Caput sq., ubi

numerorum nomina afferuntur. Maximam partem servant formas communes. Nempe:

1) एक, प्रथम, द्वितीय, त्रितीय declinantur, ut pronomina in अ

2) द्वि in duali solum, et quidem इ mutato in अ, fere instar nominum in अ declinatur. C. 1. 2. masc. द्वौ foem. neutr. द्वे c. 3—5 द्वाभ्यां, 6, 7 द्वयोः.

3) त्रि flectitur in plurali solum, masc. c 1 त्रयः, 2. त्रीन्. 6. त्रयाणां, neutr. 1. 2. त्रीणि etc. At in foem. alia fit ejusdem forma rudis, nempe तिसृ, unde c. 1. 2. तिस्रः, 3. तिसृभिः, 6. तिसृणां, 7 तिसृषु.

4) चतुर् etiam in plur. solum declinatur, nisi in compositione, ubi ejusdem flexus fiunt inserendo आ ante र् in casibus primitivis. Ceterum per omnes numeros ut nomina in र् (cf. §. 67) declinatur, excepto quod penultimam उ nunquam producat. Sic Masculino sing. c. 1. चत्वाः c. 2 चत्वारं, c. 3 चतुरा etc. du. 1 2 चत्वारौ, 3 चतुर्भ्यां, plur. 1 चत्वारः 2 चतुरः 3 चतुर्भिः. Ad analogiam praecedentis तिसृ formatur foemininum चतसृ, quod etiam eodem modo declinatur. Neutrum servat formam communem.

5) पञ्चन् nec genere distinguitur, nec alio numero nisi plurali flectitur. Ubi c. 1 2 पञ्च, c. 3 पञ्चभिः, c. 4 5 पञ्चभ्यः, c. 6 पञ्चानां c. 7 पञ्चसु. Eadem prorsus valent in omnes numeros, qui exeunt in अन्. Excepto, quod अष्टन् praeter hanc formam et aliam usurpet, ubi in c. 1 2 habet अष्टौ (forma dual) et in casibus reliquis penult. अ producit, sic c. 3 अष्टाभिः etc.

6) Ut ea, quae disinunt in अन्, nec genus habent diversum nec numerum alium nisi pluralem, ita et षष्. Hoc autem declinatur more palatalium, quae in c. 1. 2. et ante consonantem terminationum ultimam convertunt in ड्, ट्. Quin in casu 7 ad hiatum evitandum inter ट् et सु etiam inseri potest त्, sic षट्त्सु. Ad §. 30 III. p 23. formatur c. 6 षण्णां.

7) Quae in ति terminantur, ut numeri majores usque शत exclusive, duntaxat in foem. singulari flectuntur.

8) Etiam, quae in अत exeunt, in sing. foem. solum declinantur; quod fit terminationibus ad §. 59.

Notandum.

1) Indefiniti कति quot? यति quot, तति tot, nec genus habent, nec numerum alium ac pluralem.

2) Quemodmodum pronomina (supra Not. 2) in compositione formam servant communem; ita numeri, nisi vi sensus primaria valeant. Sic: duos superans अतिद्विः, at summi duo परमद्वौ.

§. 81.

Regulis, quae hoc Libri secundi Capite III. continentur, declinatio sanskrita satis definita est.

Tabula VIII. complexionem praecipuarum ejusdem formarum exhibet, ubi a generalioribus ad specialia et propria, a simplici ad mixtum, progredimur, nempe: a terminationibus communibus in fronte positis primum ad paradigmata maxime regularia;* quae magis discedunt, et anomaliis auctis, pronominibus sunt propriora, ac in his denique ad personalia, quae, ultimo loco posita, cum forma quoque communi maxime discrepant.

Qua quidem in re, ut etiam viam eorum, qui grammaticos sanskritos aliter interpretati sunt, relinqueremus, dudum et rei natura monuit et grammatices nostrae ratio.

* dum pergimus ad eas formas.

CAPUT IV.

NUMERALIA.

§. 82.

Notae Num.	Cardinalia.	Ordinalia.
1	एक	प्रथम, अग्रम, आदिम
2	द्वि	द्वितीय
3	त्रि	त्रितीय
4	चतुर्	चतुर्थ, तुर्य्य, तुरिय
5	पंचन्	पंचम
6	षष्	षष्ठ
7	सप्तन्	सप्तम
8	अष्टन्	अष्टम
9	नवन्	नवम
10	दशन्	दशम
11	एकदशन्	एकदश
12	द्वादशन्	द्वादश
13	त्रयदशन्	त्रयदश
14	चतुर्दशन्	चतुर्दश
15	पंचदशन्	पञ्चदश
16	षडशन्	षडश
17	सप्तदशन्	सप्तदश
18	अष्टदशन्	अष्टदश
19	नवदशन्, उनविंशति	नवदश, उनविंश*
20	विंशति	विंश, विंशतितम
21	एकविंशति	
22	द्विविंशति	
23	त्रयविंशति	
24	चतुर्विंशति	
25	पंचविंशति	

*उनविंशतितम

Notae Num.	*Cardinalia.*	*Ordinalia.*
26	षड्विंशति	
27	सप्तविंशति	
28	अष्टाविंशति	
29	नवविंशति ऊनत्रिंशत्	
30	त्रिंशत्	त्रिंश, त्रिंशतम
31	एकत्रिंशत्	
32	द्वात्रिंशत्	
39	ऊनचत्वारिंशत्	
40	चत्वारिंशत्	चत्वारिंशत्तम, चत्वारिंश
41	एकचत्वारिंशत्	
50	पञ्चाशत्	पंचाशत्तम, पंचाश
51	एकपंचाशत्	
60	षष्टि	षष्टितम
61	एकषष्टि	
64	चतुःषष्टि	
70	सप्तति	सप्ततितम
71	एकसप्तति	
80	अशीति	अशीतितम
81	एकाशीति	
90	नवति	नवतितम
91	एकनवति	
100	शत	शततम
1000	सहस्र	
10,000	अयुत	
100.000	लक्ष	
1000,000	नियुत	
10,000,000	कोटि	
100,000.000	अर्बुद	
1000,000,000	महार्बुद	
10.000,000 000	पद्म	
100,000,000,000	महापद्म	

§. 83. Modum hunc ratiocinandi decimalem ab Hindis acceperunt Arabes. De numerorum primorum conceptu v. §. 41., de numerorum figuris daevanāgaricis §. 31. b., de eorundem declinatione §. 80.

§. 84. Adverbialiter formantur

1) distributiva, cardinalibus adjiciendo शस्. E. c. त्रिशस् terni (tres simul) etc.; sic indefinita बहुशस् acervatim, catervatim, पदशस् quadrantibus, प्रस्थशस् mensuris, quae प्रस्थाः dicuntur etc.

2) Multiplicativa et proportionalia iisdem subjungendo धा E. c. द्विधा dupliciter aut duobus modis vel partibus कतिधा quotupliciter?

3) Quotientiva, suffigendo कृत्वस्, e.c. एककृत्वस् semel, पञ्चकृत्वस् quinquies. At bis fit द्विः, ter त्रिः, quater चतुः. Indefinita etiam per कृत्वस् finguntur. Sic कतिकृत्वस् quoties, बहुकृत्वस् multoties. Verum ubi de agro arando intelliguntur, vel ordinales vocali ultima producta द्वितीया, त्रितीया usurpantur, vel गुणा, e. c. द्विगुणा करोति bis arat etc.

CAPUT V.

GRADUS COMPARATIONIS.

§. 85. Ex eodem fere conceptu, ac numerus et genus, oritur rerum comparatio. Cf. Caput II. supra. Comparativus formatur;

I. dum positivo adjicitur तर (a तॄ superare transire, trajicere,) et superlativus, dum तम (extremum e. c. pedis) subjungitur. E. c. श्वेत albus श्वेततरः albior, श्वेततमः albissimus.

Verum, antequam haec formativa suffiguntur, positivus 1) si in ई vel ऊ terminatur, hanc ultimam corripere potest, 2) si in वस् finale स् mutat in त्, 3) si in न्, hoc abjicit. E. c. श्री f. felix

श्रितर felicior, श्रितम felicissimus. विद्वस् sapiens, विद्वत्तर, विद्वत्तम, युवन् juvenis युवतर junior युवतम. etc.

II. Comparativus etiam efficitur, dum ईयस् additur positivo, et superlativus illi adjiciendo इष्ठ. In utroque, si positivus terminetur in मत्, वत्, विन्, तृ, उ*) hae syllabae abjici solent; praeterea etiam ultima vocalis amittitur, si vox sit plurisyllaba. E. c. मतिमत् intelligens मतीयस्, मतिष्ठ; लघु levis लघीयस् लघिष्ठ; मेधाविन् prudens मेधीयस्, मेधिष्ठ; कर्तृ factor करीयस् actuosior करिष्ठ etc. Cf. §. 70. p. 49.

*) Ast illae syllabae finales ex parte etiam retineri possunt, e. c. मेधावित्तर मेधावित्तम. etc.

§. 86. Sunt positivi, qui in penultima syllaba ऋ suum etiam convertunt in र, e. c. पृथु largus, comp. प्रथीयस्, sup. प्रथिष्ठ; कृश gracilis क्रशीयस्, क्रशिष्ठ; दृढ crassus, densus, द्रढीयस् द्रढिष्ठ; परिवृढ excellens परिव्रढीयस्, परिव्रढिष्ठ; मृदु mitis म्रद॰

§. 87. Terminationes comparativi et superlativi etiam adduntur diversis pronominibus, e. c. कतर, कतम etc. (v. supra p. 67 8. p. 66. II. 3); participiis, वृद्ध auctus वृद्धतर, auctior, वृद्धतम; praepositionibus, e. c उत् supra उत्तर altior उत्तम. Porro superlativis fieri potest novus comparativus et superlativus, e. c. श्रेष्ठ optimus श्रेष्ठतर, श्रेष्ठतम (ut proximior).

In forma adverbiali तरां, तमां subjunguntur non adverbiis solum, sed verbis etiam ipsis, e. c. गच्छतितरां vadit amplius गच्छतितमां.

§. 88. Sunt comparativi et superlativi, quibus positivus deest, sive qui ex vocibus formati sunt, in locum positivorum substitutis, ubi tamen formae variae sunt analogae. Scilicet:

§. 89.

	Positivus	*sensus*	*substitutum*	*comparativus*	*superlat.*
1	वृद्ध	aetate profectus	वर्ष	वर्षीयस्	वर्षिष्ठ
2	दीर्घ	longus	द्राघ	द्राघीयस्	द्राघिष्ठ
3	प्रशस्य	eximius, bonus	श्र	श्रेयस्	श्रेष्ठ
4	प्रिय	dilectus	प्र	प्रेयस्	प्रेष्ठ
5	वृन्दारक	almus, excellens	वृन्द्	वृदीयस्	वृन्दिष्ठ
6	तृप्र	placatus	त्रप्	त्रपीयस्	त्रपिष्ठ
7	बहुल	multus, amplus	वंह्	वंहीयस्	वंहिष्ठ
8	उरु	magnus	वर्	वरीयस्	वरिष्ठ
9	स्फिर	tumidus	स्फ	स्फेयस्	स्फेष्ठ
10	गुरु	gravis	गर	गरीयस्	गरिष्ठ
11	अल्प	parvus	कण	कणीयस्	कणिष्ठ
12	स्थिर	firmus	स्थ	स्थेयस्	स्थेष्ठ
13	बाढ	multus, durus	साध्	साधीयस्	साधिष्ठ
14	स्थूल	crassus	स्थव्	स्थवीयस्	स्थविष्ठ
15	दूर	longinquus	दव्	दवीयस्	दविष्ठ
16	अन्तिक	propinquus	नेद्	नेदीयस्	नेदिष्ठ
17	युवन्	juvenis	यव्	यवीयस्	यविष्ठ
18	क्षुद्र	parvus, vilis	क्षोद्	क्षोदीयस्	क्षोदिष्ठ
19	क्षिप्र	citus	क्षेप	क्षेपीयस्	क्षेपिष्ठ
20	बहु	multus		भूयस्	भूयिष्ठ

§. 90. **Elativus** formari solet, praemittendo सु bene, दुर् male, अति supra, प्र pro etc., e. c. सुमहत् valde magnus, etc. Cf. Cap. VII. infra de Praepos.

CAPUT VI.

G E N U S.

§. 91. Masculini sunt marium nomina, foeminarum foeminini generis. Cf. §. 43. Genus, quod natura vel ratio rebus tribuit, etiam terminatione nominum distingui solet. Nec tamen significatione nec terminatione genus semper indicatur. Forma quippe nominum rudis etiam plures habet terminationes, quae dubii generis sive diverso generi sunt communes. Nempe:

I. Masculina sunt,

1) quae significant Deum, genium, animam, sacrificium, coelum, solem, lunam, planetas et stellas singulas, ignem, radium lucis, ventum, diem, nubem, colorem, montem, ensem, sagittam, piscem, volucrem, serpentem, mare, lacum, capillum, labia, manum, unguem, pedem, genu etc.

2) Nomina, quae formantur a) subjiciendo radici literam अ, ac *mutando eandem vel conversione vel incremento. §. 35. E. c. चाय collectio (a चि colligere) भाग distributio (a भज distribuere) कर manus (a कृ); b) इमन् formativo abstractorum, ut गरिमन् gravitas; c) quae componuntur, धि vel दि (ex धा tenere, दा dare) suffixis, e. c. विधि mandatum, आदि initium etc.

* saepius

II. Foeminina sunt

1) quae denotant terram, noctem, flumen, mundi plagam, plantae speciem etc.;

2) maximam partem, a) quae terminantur in आ, ई, ऊ, e. c. इच्छा desiderium स्पृहा spes नदी flumen, भी timor, भ्रू supercilium, तनू corpus, भू terra; b) quae abstracta subjecto ति fiunt, e. c. a स्मृ recordari स्मृति recordatio, a बुध् scire बुद्धि scientia (cf. §.

36. I.); c) subjuncto abstractorum ता e. c. sic ex मनुष्य homo. मनुष्यता humanitas, ex ब्राह्मण Brahmaṅa ब्राह्मणता character Brahmaṅae; d) collectiva, quae finguntur per या, ता, इन्, आ. e. c. ग्रामता vicorum numerus, गोत्रा grex pecoris, पद्मिनी nymphaearum copia; e) varia, quae per आ, या, अना formantur, e. c. विद्या scientia, क्रिया actio, वन्दना salutatio, आसना sedes; f) quae in consonantem radicis exeunt e. c. आपद् infortunium, वाक् lingua etc.

III. Neutrius generis sunt,

1) quae designant aquam, silvam, folium, ferrum, cuprum, cavum, florem, fructus speciem, opes, vim, ardorem, bellum, arcum, aratrum, os (oris), oculum, carnem, sanguinem, palatum, ventrem, dolorem, voluptatem etc.

2) Neutra sunt a) nomina instrumenti formativis त्र, इत्र facta, e. c. नेत्र oculus, वक्त्र os. oris, वादित्र organum musicum; b) nomina, quae per suffixa अस्, इस्, उस् formantur. e. c. अयस् ferrum, यशस् celebritas. तेजस् vis. धनुष् arcus etc.; c) nomina, quae actionem indicant, अन subjecto ficta, e. c. दान donum. d) abstracta. quae per त्व formantur, vel अ aut य cum incremento vocalis. ut बहुत्व multitudo, काव्य poesis a कवि poeta. कौमार juventus (a कुमार juvenis.) Cf. §§. 52. 55. etc.

Forma rudis maximam partem est ea neutrius, quippe quae instar illius adhuc indefinita est.

Verbalia, participia, si substantive ponantur, sunt neutrius generis.

*) Numeri a विंशति usque नवति sunt foem. generis, a शत ascendentes neutrius; शत, सहस्र, अयुत, नियुत masc. vel neutrius. Neutrius vero et foem. लक्ष, कोटि autem solum foeminini. Numeri reliqui genus mutant more adtributivorum. Cf. §. 80.

Nec indeclinabilia, nec pronomina personalia, nec numeralia, quae in न् vel ष् desinunt, nec indefinita कति, etc. (vid. supra) genus habent.

Plura sunt nomina, quae diversum genus habent; aliqua, quae trinum e. c. पात्रः m., पात्री f., पात्रं n. vas, patera.

§. 92.

Foeminini formatio.

1) Nomina, quae in conson. terminantur vel (generis communis,) in f. congruunt cum masculino, vel foemininum formare solent post ultimam assumendo ई. E. c. हरित् m. f. viridis. Sed a भगवत् fit almus भगवान् m. alma भगवती, a धनिन् dives धनिनी f. Nominis autem forma, cui ई subjungitur, non semper rudis est, e. c. राजन् rex अ penult. abjicit in foem. राज्ञी regina cf. § 62. विदुस् sapiens in masc. विद्वान् in f विदुषी (cf. §. 71.) etc. Participia praes. act. ante finalem त् sumunt nasalem, sic, कुर्व्वत् masc. कुर्व्वन् f. कुर्व्वन्ती.

2) Quae in ऋ vel उ desinunt; dum ई foem. admittunt, observatis euphon. regulis, faciunt री, वी etc. E. c. गुरु gravis foem. गुर्व्वी.

3) Quae foemininum per ई formant, finales अ, आ, इ, ई, य ante illud ई abjiciunt, e. c. मनुष्य homo, मनुषी foemina etc.

4) Nomina, quae desinunt in अक, praecipue si trium generum sint capacia, foemininum terminant in इका vel ईका, e. c. नाटक saltator, नाटिका saltatrix etc.

5) Nomina mulierum, quae derivantur ex nominibus in उ, si य non praecedat, in foeminino उ literam saepe producunt.

6) Sunt foeminina, quae dum in consonantes desinunt, simul foeminini formativam आ admittunt; e c. वाच्, वाचा lingua, sermo, sic गिर्, गिरा id. etc.

Ceterum generis formae et exceptiones plurimae ex usu et Lexico facilius addiscuntur.

CAPUT VII.

PRAEPOSITIONES.

§. 94.

Nominum casus reguntur, casuumque rationes adcuratius definiuntur praepositionibus (de quibus §. 50. supra) aliisque nominibus, quae praepositionum vim habent. In his, quae more latinorum cum separatae sunt a vocabulis, tum inseparabiles, primitus viginti sequentes numerantur

1 अति trans, cis, ultra, valde.
2 अधि supra, in.
3 अनु post, secundum, juxta.
4 अप de- dis- se- infra, clam.
5 अपि ad, ante etc.
6 अभि coram, ante, versus.
7 अव de, ab, ex, deorsum. pessum.
8 आ ad, apud, erga, usque, tenus.
9 उत् sursum, supra.
10 उप penes, prope, proxime.
11 दुर् male, dure, perperam, (at दूर् longe, procul).
12 नि in, intra.
13 निर् ex, extra, certo-, (extra dubium), in- (in sensu privativo.)
14 परा inverse, deorsum, de, prorsus, nimis.
15 परि circum, circa, per, penitus.
16 प्र pro, prae, per- (in compos. ut perdoctus).
17 प्रति versus, adversus, contra, ob, denuo, re- (in comp.)

18 वि dis-, di-, se-, ve-, in- (sensu privativo. Omnes in composit.)

19 सं cum, bene, recte.

20 सु bene, valde, supra etc.

§. 95.

His accedunt vocabula varia, quae eandem fere vim habent, et partim prioribus ficta sunt geminatis, partim afformativis e. c. तस्, partim, licet indeclinabilia sint, ipsis casuum terminationibus, quorum sensum non minus haud raro servant; atque etiam aliae particulae. Cf. §. 78. 8. Usu frequentiora subjicimus.

1 अग्रे in culmine, in fronte, ante etc. v. अग्रतः

2 अधः infra, deorsum.

3 अध्यधि omnino supra.

4 अधोधः prorsus infra.

5 अन्तर् in medio, inter etc.

6 अन्तरा id. extra.

7 अन्तरे inter etc.

8 अन्तरेण intra, extra, excepto.

9 अभितः coram, in facie.

10 अर्थे propter, ob, etc.

11 आरात् prope, procul, longe.

12 उपर्, उपरि, उपर्युपरि omino supra

13 उभयतः ex utraque parte.

14 ऋते excepto, absque, sine.

15 परितः circum.

16 बहिस् extra, foris.

17 विना absque, sine, praeter.

18 सदृश, सदृक्, सम, तुल्य instar, similis etc.

19 समीप prope, secus, juxta.

20 सर्वतः ex omni parte, undique.

21 सह, सार्द्धं, साकं, समं, सत्रा, cum una.
22 हेतौ causa.

etc. etc. cf. quae de Adverb. infra.

Praepositiones in sanskrito sunt distribuendae in classes, quae casuum conceptibus respondent; sive cum respectu ad tempus et spatium sive absque hoc respectu. Quare sunt 1) quae exprimunt rationem instrumenti, adjumenti, quocum, modique rei, quo quid est, instar casus tertii, 2) quae causam, originem, locum vel tempus, unde quid est, quemadmodum casus quintus, 3) quae scopum, finem, intentionem, locum vel tempus, ad quod quid dirigitur, ut casus quartus, 4) quae aequalitatem (identitatem), inhaerendi rationem, conditionem, tempus vel locum, in quo, casus septimi instar etc. Definitiones autem harum rationum ulteriores et exceptiones ex cognatione ac permutatione earundem concipiendae sunt. Cf. §§. 44 — 50.

CAPUT VIII.

VERBUM (*actio* क्रिया).

§. 96.

Verba primitus formantur ex linguae radicibus, de quibus v. supra Lib. II. Cap. I. Fere omnes sunt monosyllabae: plurisyllabae numero paucae (quindecim), quae ipsae magnam partem ortae sunt ex monosyllabis, addendo praepositiones vel syllabas reduplicativas etc. E. c. अवधीर् contemnere (ex अव et धृ) आशस् sperare (ex आ et शास्) संग्राम् dimicare (ex सं et गृ vel क्रम्). सभाज् officiose, studiose servire (ex सह et भज्), aut reduplicatione fictae sunt, ut चकास् splendere, दीधी id. दरिद्रा pauperem, in angustiis esse. Reli-

quae sunt: आंदोल् undulare, हिल्लोल् id. पल्युल् vel वल्युल् abscindere, purificare ओलण्ड् subjicere, कुटुम्ब् sustinere, कुमार् vel कुमाल् ludere infantis instar, कृवि vel चिवि, जिवि, जिरि odisse, nocere, insidiari.

§. 97.

Verbum primitivum est copula. Cf. §. 39. seq. Hac subjecta radicibus vel nominibus, quae inde ficta sunt, formantur attributiva actionis verbalia; sive verba, cum praedicatum ipsum, actionem क्रिया indicando, verbi formam induat. Hoc autem in sanskrito fieri potest duplici modo, flexione praedicati verbali, aut periphrastice, ope verborum auxiliarium. Cf. §. 51.

Verbi genera et voces. Verbum transitivum et intransitivum. Cf. §§. 39—43.

§. 98.

In actione vel subjectum concipitur in se manens ac effectum in se producens, vel in objectum transiens, quum se habet ut causa ad effectum externum. Quamobrem et diversa haec actio in verbi potissimum sensu diverso concipitur per vocem intransitivam अकर्मकवाच्यं et per transitivam सकर्मकवाच्यं. Verbum autem, si formam hujus in ratione ad aliud fictum habeat, dicitur परस्मैपदं; si illius formam, in ratione ad ipsum subjectum (plus minusve) reflexiva, आत्मनेपदं. Si utramque formam accipere possit, उभयपदं nomine distinguitur.

Verbum activum, passivum et impersonale.

§. 99.

Ubi ab agente कर्तृ in (sententiae) objecto effectus कर्म producitur, et actum et actio ab agente, qua principali reguntur, ipse etiam nominativo indicatur, actio autem sive verbum in voce ac-

tiva exprimitur कर्तृवाच्यं. Ubi contra, agentis conditione inversa, objectum कर्म primario concipitur; agens vero, licet ut actionis causa, duntaxat ceu instrumentum spectatur, in casu tertio est exprimendum; objectum autem agentis instar nominativum postulat; etiam actio sive verbum, utpote a patiente rectum, verbi voce passiva कर्मवाच्यं indicari debet.

Sin vero nec agens (subjectum), nec objectum (actum), sed indefiniti quid locum subjecti tenet; verbum non potest esse activum; neque tamen etiam passivum est, quia in intransitivo non est objectum peculiare, quod patiatur. Unde verbum licet forma passivi, persona tamen solum rei tertia-singulari, itaque impersonale, in voce rei vel status naturalis भाववाच्यं flectitur


*) In radicum indicibus grammatici adcurate distinguere student inter verba transitiva et intransitiva atque inter sensum transitivum et intransitivum; porro verba designant, quae duplicem formam habent. Haud raro etiam ea, quorum sensus est transitivus, forma utuntur intransitiva ac vice versa. Denique quae formam habent, dum simplicia sunt, transitivam, adsumunt formam intransitivam, quando componuntur cum praepositionibus, ubi sensum obtinent restrictiorem ac proprium. Ceterum in conjugatione reflexiva passiva et impersonali parum peculiaris est, quippe quae cum forma passiva generali fere congruant.

§. 100.

Ut verbi voces et vocum formae distinctiores reddantur, earundem subjungimus tabulam, ubi verbi formas क्रियापदानि a verbi vocibus क्रियावाच्यानि separavimus.

क्रियावाच्यानि
Verbi Voces.

- सकर्मकवाच्यं (cum objecto vox) transitiva.
  - कर्तृवाच्यं (in agente vox) activa.
    - ubi etiam द्विकर्मकधातवः (cum duobus objectis verba) dupliciter transitiva.
  - कर्मवाच्यं (in objecto vox) passiva.
    - ubi etiam कर्मकर्त्तृवाच्यं (si objectum est ipse agens) reciproce ac reflexive passiva, ubi et verbum, alias transitivum, fieri potest sensu intransitivum (per passivum.)
- अकर्मकवाच्यं (sine objecto vox) intransitiva.
  - कर्त्तृवाच्यं (in agente vox) ubi fructus actionis adcrescit agenti; unde active reflexiva, et reciproca.
  - भाववाच्यं (in statu actionis vox) quae naturam, statum et modum actionis praecipuè exprimit, impersonalis.



*) Deponens, medium, reflexivum, reciprocum; unde porro, flectendo per य, passivum.

Verbi tempora.

§. 101.

Quum id, quod in se est, ac subsistit, unde substantivum, cum eo quod non est in se, vel cum attributivo, per actionem क्रिया uniatur, conceptus oritur substantiae moventis, vivae. Hindi eam dicunt सदसदात्मकं i. e existens, quod per id, quod non existit, animans est. Inde vero successionis in actione illa ac temporis relativi idea.

Quo fit, ut actio sive verbum क्रिया in tempore et formam exprimat temporis, adeoque ejusdem momenta tria वर्त्तमानकाल praesens, भूतकाल, praeteritum, भविष्यत्काल futurum.

Actio vero amplius distinguitur in praeterito, et futuro. Ac in illo primum ponitur

1) अनद्यतनभूतकाल, quod ad praesens (hodiernum) se non extendit, sed ह्यस्तनभूत ad praeteritum, qua refertur ad praesens, (hesternum); in praesente igitur praeteritum est, sive perfectum; 2) अनद्यतन परोक्षातीत quod ad praesens se adeo non extendit, ut etiam conceptum sive, rationem praesentis transgrediatur, ante praesentiam igitur sit itaque in praeterito praeteritum, remotum sive plusquamperfectum; 3) अद्यतनभूत nunc (hodie) vel in momento praeteritum, nec cum praesenti comparatum; sed भूत मात्र quia tantummodo praeteritum in ipso spectatur, quod non ulterius definitur, atque adeo praesens continet, quare indefinitum est vel aorist. praet.

In futuro autem distinguitur

1) futurum simplex, vulgo primum, अनद्यतनभविष्यत quod ad praesens (hodiernum) se non extendit, sed श्वस्तनभविष्यत ad futurum, qua hoc refertur ad praesens (crastinum); in praesenti igitur futurum est, 2) अद्यतनभविष्यत nunc (hodie) vel in momento futurum; nec cum praesenti comparatum; in quo potius et praesens comprehenditur; quare indefinitum; atque etiam voluntatem agendi indicat.

Modi.

§. 102.

Rationibus casuum nominis originariis respondent modi actionis sive verbi. Ac cum primis sententiae primitivae membris कर्त्त, कर्म et क्रिया eodem ordine modi congruunt finiti, nempe: 1) cum कर्त्तृ agente indicativus, ubi cum objecto agens, nullo intermedio reipsa unitur, non volunlate solum aut cogitatione, sed in existendi actu (adsertorie); 2) cum कर्म objecto, imperativus et optativus, qui voluntatis formam gerit in sententia finali, 3) cum क्रिया actione, conjunctivus sive potentialis et conditionatus, qui cogita-

tationis formam habent, ubi existentia exprimitur possibilis, ac, cum conditio ejusdem sit in alio, accidentalis, in sententia causativa et conditionata. Unde quinque finiti in sanskrito sunt modi 1) indicativus, qui sex temporum formis indicatur, 2) conjunctivus विधि definitio per alium, qui et aoristus, quemadmodum 3) conditionatus, 4) optativus आशी 5) imperativus.

Ab his distinguitur infinitivus, quia nulla ratione definitus est.

*) Imperativus, sensu diverso, quandoque magis accedit ad indicativum, interdum magis est problematicus, ubi et conjunctivus ejusdem vices gerit.

Distinctio temporum et modorum, quae ad flexum verbi pertinet.

§. 103.

Peculiare quid est certis temporibus et modis, nempe: praesenti, praeterito, conjunctivo et imperativo. Ipsa copula अस्, qua verba formantur (§. 97.), in illis tantum temporibus et modis flectitur, utpote quae in reliquis est defectiva. Iisdem etiam per decem verbi classes in flexibus aliqua, unicuique classi propria, sunt communia, quibus a reliquis temporibus et modis distinguuntur. In ipsis igitur, ut in casibus primitivis (§. 44.), character verbi quidam videtur universalis ac primitivus, quo factum est, ut a grammaticis sanskritis सर्व्वधातुकाः, dicerentur, ceterae vero modorum et temporum formae अर्द्धधातुकाः, quae, licet omnibus classibus sint communes, attamen in sensu magis peculiares. Eadem vero nomina alii aliter interpretantur. Nos autem, quaecunque interpretatio praeferatur, brevitatis causa in sequentibus, ubi de iisdem agitur, illos verbi flexus primos nominabimus, nempe: praesens,

त	बुध्यथ	बोद्धुम्
त	चिनुथ	चेतुम्
त	विंदथ	वेत्तुम्
त	युंक्थ	योक्तुम्
त	कुरुथ	कर्त्तुम्
त	गृह्णीथ	ग्रहितुम्
त	कथयथ	कथयितुम्

praeteritum primum (aliqua ratione etiam praet. remotum), conjunctivum et imperativum. In reliquis, scil. praeterito indefinito, futuro utroque, conditionali et optativo flexus verbi dicimus secundarios; utpote qui a primis derivati videntur. V. infra de conjugationis terminationibus.

Quemadmodum vero casus nominum primitivi formam habere solent a reliquis distinctam, haud raro longiorem, ita et flexus verborum primi; in quibus praeterea, transitivorum potissimum, numeri quidem et personae forma haud raro utuntur auctiori ac mutata; nempe in singulari praesentis, praeteriti primi et praeteriti remoti personae tres, imperativi persona 1 et 3, atque etiam intransitivorum et transitivorum in omni numero imperativi personae primae formam adhibent mutatam. अस् esse initiale अ in iisdem retinet, quod alias abjicit. Cf. Tab. Conj.

Verba derivativa, verbalia, denominativa.

§. 104.

Quae de verbi vocibus, temporibus et modis etc. praemisimus, et porro dicemus, non ad linguae radices solum simplices flectendas pertinent, sive ad verba primitiva; sed maximam partem etiam spectant derivativa, quae, dum ex primitivis verbis vel ex nominibus vario modo derivantur, aut verbalia sunt, aut denominativa. Ac

I. Verbale.

1) Causativum हेतुधातु (mediativum), in quo, sive transitivum illud sit, a quo derivatur, sive intransitivum, actionis causa non proxima solum ac directa (immediata), sed una cum hac etiam indirecta, qua illa movetur, exprimitur.

2) Desiderativum इच्छार्थधातु vel meditativum, in cujus forma etiam illius efficiendi vel consequendi desiderium designatur, quod primitivum indicat.

*) Accedit, quod et desiderii hujus quis auctor esse possit, unde in sanskrito novum oritur verbum causativum.

3) Frequentativum अतिशयार्थधातु intensivum, iterativum, amplificativum etc. Non enim in attributivo solum, notis comparationis, qualitatis gradus denotari possunt, sed etiam actionis in verbo, prout haec repeti potest, intendi, extendi, accelerari, amplificari etc.

II. Denominativum.

Nomina enim ipsa sanskrita in forma rudi jam definita, aeque naturam actionis induere, ac more verbi primitivi et verbalium per voces, tempora et modos flecti possunt. Ejusdem autem variae sunt species pro variis, quas nomina ante terminationes assumunt, literis ac syllabis.

Personae et Numerus verborum.

§. 105.

In omni modo et tempore actio formari potest tribus personis atque primitivis numeris, singulari, duali et plurali § 41. Quivis porro horum numerorum in cujuslibet personae charactere ac ratione spectari potest, ib.

*) Personarum ordinem in posterum more nostro indicaturi, incipiendo ab ego, ut persona prima etc., monemus, nos in tabula conjugationis, ut quam ante sex annos exaravimus, sequutos fuisse consuetudinem Hindorum, quibus prima persona est, quae nobis tertia. Cf. §. 41.

§. 106

Characteristicae literae, quibus personae in verbo indicari solent, sunt in singularis et pluralis persona prima म, dualis व; in persona tertia त; in persona secunda vel sibilans vel aspiratio vocalis (visarga) aut aspirata dentalis sive capitalis; quandoque etiam characteristica tertiae त; de quorum omnium cognatione v. §. 23. XVIII. etc. cf. §. 41. Easdem magnam partem pronominum personal. notas character. esse patet *). In sanskrito etiam imperativus primam habet personam; cum Hindo et sibi ipsi jubere, non ineptum videatur.

*) Ut तद् in Nominativo, casu subjecti fit सः, et visarga Nominativi characteristica est; ita, ubi तद् fit subjectum, i. e. persona secunda, in verbo, abit in sibilantem vel aspiratam. Cf. स in अस् esse, et in स्व suum.

Augmentum.

§. 107.

Augmentum अ collocatur ab initio verbi in praeterito primo et indefinito atque in modo conditionali. Idem अ cum vocalibus verborum initialibus ad regulas euphoniae coalescit in diphthongis (cf. §. 34. II.) ubi augmentum temporale fit, ita quidem, ut bis poni soleat, sic e. c. ex इ fit (अ+इ=ए et अ+ए=) ऐ; sic ex उ fit औ. Si cum verbo conjuncta sit praepositio, post eandem augmentum inseritur, quod, nulla litera intermedia, verbo praefigendum est. Si hoc sit denominativum compositum, cujus partes arctius unitae spectantur, augmentum additur ab initio totius verbi e. c. अपुत्रकाम्यत् filium dilexit.

Reduplicatio अभ्यास.

§. 108.

Haec locum habet in praeterito remoto et conjugatione tertia;

praeterea in verbali desiderativo et frequentativo, at non eodem ubique modo.

Regulae generales sunt:

I. Si verbum incipit Vocali, et quidem

si अ,आ,ऋ,ॠ, litera redupl. est अ
- इ,ई,ए,ऐ - - - इ
- उ,ऊ,ओ,औ - - - उ.

Ad evitandum hiatum litera reduplicationis इ assumere solet य्, unde इय्; et उ sibi subjungere व्, unde उव्. Ceterum in concursu vocalium servantur regulae euphonicae.

II Si verbum incipit a consonante, reduplicationis syllaba postulat consonantem et vocalem. Haec ex regula non alia est, quam modo dicta, ubi verbum inchoat a vocali. Consonantes autem reduplic. sunt sequentes:

1) Si initialis sit consonans simplex, a) muta tenuis vel aspirata, ea reduplicationis est tenuis, b) si sonans (mollis aut) media vel aspirata sit, redupl. est media, c) at ubi initialis est gutturalis in redupl. ponitur respondens palatalis, ante mutam tenuis, ante sonantem vel ह् collocatur red. media, d) si nasalis, semivocalis vel sibilans sit verbi initialis, eadem respondens usurpatur pro consonante reduplicationis.

2) Si verbi consonans initialis sit composita, hujus prima solum simplex, ad regulas praemissas, reduplicatur. Verum ubi consonantis compositae prima simplex est sibilans, reduplicatur secunda ad easdem regulas. E. c. स्तु celebrare, तुस्ताव celebravit etc.

Ante व quandoque pro reduplicationis syllaba usurpatur उ. De exceptionibus reliquis, inprimis, quod spectat desiderativa et frequentativa, loco congruo agemus.

Notandum, quemadmodum gutturales reduplicantur per palatales, ita palatales in fine nominum converti in gutturales. Cf. §. 55. pag. 41.

Conjugationis sanskritae terminationes communes.

§. 109. Has in fronte tabulae (tab. X.) posuimus, quibus etiam subjecimus classium conjugationis exempla, quantum tabulae spatio concessum erat. In terminationibus his comparandis adparet flexus temporum et modorum secundarios derivatos esse a primis (cf. §. 103), nempe:

1) a praesenti futurum primum, inserendo* ता et स; futurum secundum termin. auctis praesentis praefigendo स्य etc.

2) a praeterito primo terminationes adsumit praeteritum indefinitum, inserendo अ, sibilantem, vel इष etc.

3) a praeterito 1. conditionatus, dum स्य (futuri) sumit ante praeteriti 1. term. auctas. Cf. § 114. II.

4) Optativus vel ab eodem praet. 1, inserendo यास् vel या ante term. comm.; vel a conjunctivo, cum quo in sing. personas 2. 3. aequaliter terminat, in ceteris यास् utitur pro या. In forma intrans loco ई conjunctivi assumit सी ante terminationes praet. primi (-स desid. notam) et sibilantem ante dent. mutas term. pers. 2.3.

*) Ipse conjunctivus terminationibus praeteriti primi utitur, dum ante has accipit या vel ई, vel ईय.

**) Monendum, formam transitivam (p. 84) in tabula inscribi activum, intransitivam vero passivum et medium; quo sensu id fiat, ex praemissis abunde patet.

§ 110. Ex terminationum intuitu in tabula, plura patent, e. c.

1) Forma intransitiva a transitiva potissimum distinguitur,

a) subjectis ए,ऐ in fine, ac in persona prima, dualis potissimum et pluralis हि, हे subjunctis (ubi ह ex pronomine pers. primae desumtum videtur cf. §. 41). हे in imper.

*) Ante term. commun. praesentis.

*) In sing. praesentis transitivi इ subjungitur literis त, स, म, unde ति, सि, मि, in transitivo literis त, स, अ, unde ते, से, ए §. 34. II. Idem इ in trans. ए in intr. adhibetur personae tertiae plur. Cf. de personis supra.

b) In persona 2 plur. ante finalem forma intrans. inserere solet ध्व, (ex त्व pronom. pers. 2 cum aspir. v. supra).

c) In pers. 3 plur. trans. अन्, syllaba in hac persona frequens, ponitur ante ति, unde अन्ति, in intrans. ante ते, unde अन्ते.

d) Ubi in trans. plur. persona 3 habet उः pro अन्, in intr. adhibetur रे* (conjunctim in Latin. runt). — Ante उ hujus personae eliduntur अ, आ. *nisi in praet. 1 et indef.

2) In Praeter. rem. f. trans. et intrans. personae prima et tertia sing. aequales sunt. Persona plur. 2 formam habere solet breviorem (instar nominis in plur. cas. objectivo) similem pers. 1 et 3 sing. (ut nominis plur. c. 2 saepe convenit cum abl. et genit. sing.)

3) Futurum primum est conjunctio terminationum, quas habet declinatio participii hujus futuri (cf. §. 73) cum terminationibus verbi in praesenti. Term. ता casus 1 nominum in तृ per omnes numeros et personas verbi adhibetur. Quin ipsae terminationes casus primi in dual. et plural. तारौ, तारः sunt eaedem, quas adsumit persona tertia in du. et plur. verbi.

4) Imperativi terminationes magnam partem congruunt cum illis praeteriti primi. At in singulari peculiaribus suffixis utitur तु et आनि (cf. hebr. אֲנִי ego). cet.

De conjugationis classibus.

§. 111. Has terminationes verbi flectendi communes non omnis linguae radix §§. 37. 38. aut verbum flectendum modo admittit eo-

dem. Et in verbo varie locum habet, quod dictum §. 51. Inde definitae mutationum in vocibus formae, atque hinc totidem radicum classes sunt constitutae, nempe decem §. 38. Ad quam quaevis radix classem sive conjugationem pertineat, ex radice ipsa non potest dignosci. Quae vero hujus distributionis ratio in natura vocum sit, quae in usu arbitrario, hic explicare supersedendum putamus.

§. 112. Decem classes distinguuntur characteribus subjunctis, quibus radicum, quae in quavis classe continentur*), numerum hic addimus.

*) Denotantur radices in indicibus per locum classis, in qua reperiuntur; quaevis autem classis vel per literam designatur arbitrarie receptam, vel radicem, cui contigit, ut in ordine, quo numerantur, prima sit. Sic classis prima nomen habet a भू fieri esse, (भ्वादि i. e. a भू initium habens).

Classis.	*Character* *literae inserendae aute terminat. com.*	*Numerus radicum primitivarum.*
1	अ, आ	1000
2	—	60 — 70
3	(ubi reduplicatio)	20
4	य	130
5	नु (नो)	30
6	ut 1 — (hae inserendae post vocal.	140
7	न, न radicis).	24
8	उ (ओ)	10
9	ना, नी, न	52
10	इ, य, अय	indefinitus.

In omni verbo, ad quamcunque classem pertineat, flectendo regulae euphonicae sunt servandae, quae nominantur supra §§. 34 — 59 ubi etiam XII. V. VIII. p. 28. 3 etc. respiciendae.

§. 113. Ex rationibus allatis decem conjugationis classes ita tractamus, ut in classe quavis de illis solum agamus temporibus et modis, qui flexus **primos** habent, cf. §. 105, nempe de praesenti, praeterito 1. conjunctivo et imperativo; reliquorum autem formas, cum in his minus valeat classium distinctio, post una subjungemus.

CAPUT IX.

CONJUGATIONIS CLASSES DECEM.
DUO EARUNDEM GENERA.

§. 114.

Inprimis decem hae classes in duo genera distribuendae sunt, quorum

I. **unum** terminationes **communes** admittit, ad quod pertinent classes 2, 3. 5, 7, 8, 9.

II. **Alterum** terminationes illas modo sequenti mutat 1) ante easdem sumit literam अ vel, si terminatio incipiat a व vel म, literam आ, 2) in duali praesentis. praeteriti et imperativi formae intrans. pers. 2. et 3. pro आ, quod est in terminatione communi, ponitur ई, quod cum अ, ante inserenda, facit ए, 3) in **conjunctivo** formae trans. pro terminationis या collocatur ई quod, cum eodem illo अ etiam fit ए. Except. pers. 1 sing. et 3 plur. ubi य retinetur, unde ईयं, ईयुः et cum illo अ, एयं, एयुः. In forma intr., quae jam ई in terminationibus conjunctivi habet, haec etiam cum eodem अ coalescit in ए, 4) in imperativo sing. pers. 2. हि non admittitur. Pro terminationibus, hoc modo mutatis perspiciendi, tabulam peculiarem hic subjicimus.

Terminationes auctae classium 1. 4. 6. 10.

	Forma transitiva.			*Forma intransitiva.*		
			Praesens.			
Personae	sing.	dual.	plur.	sing.	dual.	plur.
3	अति	अतः	अन्ति	अते	एते	अन्ते
2	असि	अथः	अथ	असे	एथे	अध्वे
1	आमि	आवः	आमः	ए	आवहे	आमहे
			Praeteritum I.			
–	अत्	अतां	अन्	अत	एतां	अन्त
–	अः	अतं	अत	अथाः	एथां	अध्वं
–	अं	आव	आम	ए	आवहि	आमहि
			Conjunctivus.			
–	एत्	एतां	एयुः	एत	एयातां	एरन्
–	एः	एतं	एत	एथाः	एयाथां	एध्वं
–	एयं	एव	एम	एय	एवहि	एमहि
			Imperativus.			
–	अतु	अतां	अन्तु	अतां	एतां	अन्तां
–	अ	अतं	अत	अस्व	एथां	अध्वं
–	आनि	आव	आम	ऐ	आवहै	आमहै

CLASSIS I.

§. 114. b. Haec, ante terminationes modo nominatas, radicem frequenter mutari postulat. Nempe

I. Si finalis sit vocalis,

1) Simplex, haec mutatur conversione ad §. 35. Unde जि vincere fit जे= जय् ante vocalem, igitur cum term. अति, जयति vincit.

2) Radices, quae exeunt in ए, ऐ, ante terminationes solum servant orthoepiae leges. Sic गै canere गायति canit.

3) Si terminantur in आ, flecti solent per substituta, quae, आ radicali abjecta, in aliquibus efficiuntur reduplicatione; nempe ष्ठा stare fit तिष्ठ्, घ्रा odorari, जिघ्र्, पा bibere पिब्; in aliis अ inserendo, sic ध्मा flare fit धम्, म्ना discere मन etc.

II. Si finalis sit consonans,

1) ubi vocalis ante cons. brevis, haec etiam conversione mutatur,

2) ubi vocalis natura aut positione longa est, eadem manet. Idem fit, si post vocalem radicis brevem inseratur nasalis; quod in radicum indicibus litera इ, quae radici addita est, indicatur. Per substituta flectuntur sequentes: दृश् videre per पश्य, शद् cadere per शीय्, षद् sidere per सीद्, गम् ire per गच्छ्, यम् cohibere per यच्छ्, इष् desiderare per इच्छ्. e. c. पश्यति videt etc. Cf. in tabula conjugat. exemplum hujus classis भू.

CLASSIS II.

§. 115. Haec utitur terminationibus communibus in tab. In pluribus hujus classis radicibus forma mutata locum habet, de qua §. 103. Plures etiam in persona pluralis tertia, ubi in terminatione continetur अन्त् (ut अन्ति, अन्ते) ex hoc न् abjiciunt, et ubi अन् pro hoc substituunt उः. Ceterum ob concursum diversarum in radicibus finalium cum initialibus terminationum variis, plures in illis euphoniae mutationes necessariae sunt, quae locum non habent, ubi अ intermedia concursus ejusdem diversitatem tollit. Quo fit, ut haec conjugaiio, quae ex lege maxime regularis est, ad orthoepiam exacta, anomalias admittat adparentes plurimas. Analogia autem praecipue servatur congruenter cum natura finalium in radicibus. (Cf. द्विष् odisse, in tab.) Nam

I. quae desinunt in vocalem, ac

1) quae in आ tantummodo terminationes sumunt communes, quin ullam subeant mutationem, e. c. मा metiri, माति metitur.

*) Solum दरिद्रा pauperem esse, in modis et temporibus, ubi alias forma non augetur, §. 103, ante terminationes, quarum prima est consonans, mutat आ in इ, et आ abjicit, ubicunque terminationis prima est vocalis. Cum igitur in formis mutatis आ retineatur, discrimen augminis, quod analogia postulat, efficitur, quemadmodum in अस ad §. 103.

2) Quae terminantur in इ, in formis augendis sive mutandis (§. 103) ante consonantem terminationum, conversionem (ad §. 35.) subeunt. Sic ex radice इ (inf. एतुम् ire) fit एति it. Ceterum servando regulas euphon, fit, ut इ ante vocalem abeat in य्, §. 34 II. b. unde यन्ति eunt.

) इ cum praepos. अधि super, in, ubi haec suum इ producit, significat studere, legere, ac in forma solum intr. flectitur. At per anomaliam hoc sumit य् ante terminationes, quarum prima est अ, आ vel ई. Unde ad regulas orthoep. fit अधीते legit (ex अधी+इ+ते §. 34. I.) अध्ये lego (ex अधी+इ = अधी, et अधी+ए term. = अध्ये §. 34. I. II.) At अधीयते legunt (ex अधी+इ+य् (inserta) + अते pro अन्ते ut supra dictum) in praet.1 अध्यायि legi.

3) Quae in ई exeunt, etiam in terminationibus communibus sumendis solum leges euphonicas servant.

*) At वी concipere, edere etc. conversionem subit, ut ea in इ; ante terminationis vocalem autem ई convertit in इय् (v. 4. infra). Unde वेति concipit, वियन्ति concipiunt.

) शी quiescere, dormire, formae intr. ई suum per totum mutat in ए, ac in personis pluralis tertiis praeterea र् sumit ante terminationes. E. c. शेते dormit, शेषे dormis, शये dormio (§. 34 II. 2.) शेरते dormiunt etc.

N

*Exc. perss. 1 Imp. **Exc. conj. ubi jam र्.

4) Quae terminantur in उ, ante consonantem terminationum in forma *mutanda* (§. 103) उ convertunt in औ, ante vocalem autem terminationum in उव् (ad analogiam nominum §. 73. I. 2. 6). Sunt quaedam, quae pro illo औ etiam sumunt ओ, ubi huic subjungunt ई, quo fit अवी (= ओ+ ई §. 34. II. 2) Sic नु laudare, नौति vel नवीति laudat. Ita रु sonare, स्तु celebrare, तु laedere etc. At ऊर्णु tegere vel औ sumit vel ओ tantum.

5) In ऊ terminantur solum षू producere, gignere, et ब्रू loqui, defectivum. Illud solum ऊ ante vocalem term. mutat in उव् (cf. §. 36. XII). Unde सूते producit, सुवते producunt. At ब्रू in forma *mutanda* (§. 103) ante conson. term. ऊ convertit in ओ, cui ई subjungit (ut supra); unde ब्रवीति loquitur. Verum in personis tertiis imperativi hoc ई non admittit, ब्रवाणि loquar etc. In forma intr. ब्रू flectitur instar षू.

6) In ऋ solum desinit जागृ evigilare, quod in forma *mutanda* (§. 103) ऋ *conversione* (ad §. 35) mutat in अर्, unde in praeter sing. p. 2 3 flectitur more desinentium in conson., v infra. E. c. जागर्मि evigilo, अजागः evigilavit (ubi र् ex अर् abiit in visargam, terminatio autem ipsa omissa est).

*) Ad analogiam nominum p. 57. 58. ई, ऊ, ॠ. convertuntur in इय्, उव्, अर्.

II. Quod spectat ea, quae desinunt in consonantem, inprimis servanda euphonia ad §. 36. XII. XV. XVI. XVII. XX. — XXII. Animad. 3. Praeterea mutationes sequentes subeunt;

1) Quae penultimam habent vocalem brevem इ, उ, ऋ hanc in forma *mutanda convertunt* ad §. 103. Hoc non fit, si illae sint positione longae.

2) In persona 2 et 3 praeteriti singularis formae, trans. terminatio plerumque nulla peculiaris adhiberi solet. At dum in ultima radicis consonante etiam leges orthoepiae servari debere patet. Praeterea si eadem sit dentalis sonans aut sibilans, convertitur in त्, et in pers. 2 nonnunquam in ः, quae mutatur in visargam.** E. c. विद् nosse, अवेत् novit, अवेः nosti. Si sit ष्, mutatur in ड्, ट् vel ट्. मृज् purgare, अमार्ट् vel अमार्ड् purgavit. Sunt radices, quae in iisdem personis vel termin. auctas sumunt, vel pro earundem अ ponunt ई, e. c. रुद् lacrimare, अरोदीत् vel अरोदत् lacrimavit.

3) Quae ultimam habent ह्, hanc, si prima sit द्, in fine, et ante dentalem vel sibilantem ex more, convertunt in घ्; sin prima sit alia ac द्, in capitalem ढ्. Post ढ् vero, initiales terminationum त्, थ्, ध् abjiciuntur; vocalis autem radicis, nisi sit convertenda, ante illud ढ् producitur. E. c. लिह् gustare, लीढ gustatis, cf. §. 36. XV. XVI. XVII.

4) Si radix incipit a media sonante (excepto ड्), et in sonantem aspiratam desinit, ubi haec vel finalis manet, vel terminationem sumit, cujus prima est स् vel ध्व्, illa media mutatur in suam aspiratam. E. c. दुह् mulgere, unde दुघ् (cf. 3) धोक्षि mulges, cf. §. 36 I. XII. XVII. XXII.

5) Imperativi terminatio हि mutatur in धि vel ढि, ante quod स् v. ष् finalis abjici solet.* Aliquando स् mutatur in द् (ut in praet. sing. pers. 2 3 supra et alias saepe, e. c. §. 71) सस् quiescere सधि quiesce. v. § 129. 5. (* ut in personis 2 plur. f. intr. ante ध्व्)

6) ध्व् terminationum potest converti in ढ्, si praecedat capitalis aut vocalis alia, quam अ, आ. Hoc etiam in primo conjug. genere §. 114 valet.

** vel ultima radicis abjecta adhibentur term. communes.

Ita flectuntur e. c. अद् edere, praes. अद्मि edo अत्सि edis praet. आदं edi, आदः edisti, imp. अत्तु edat, अद्धि ede, अदानि edam, etc.

Eodem modo सस् quiescere, praes. सस्मि quiesco, सस्सि quiescis, सस्ति quiescit etc. Praet. अससं quievi, असत vel असः quievisti, असत् quievit, imp. ससानि quiescam, सद्धि quiesce, सस्तु quiescito. Sic आस् sedere, वस् tegere, ईड़ movere etc. E. c. boc in forma intr. praes ईरे moveo, ईर्षे moves, ईर्त्ते movet, ईर्वहे movemus (in du.) ईर्महे movemus (in plur) ईर्ध्वे movetis, ईरते movent. In praet. ऐरि movi, ऐर्थाः movisti, ऐर्त्त movit etc. In imp. ईरै moveam, ईर्ष्व move, ईर्त्तां moveat etc.

His praemissis pauca supersunt, in aliquibus notanda. Ac

a) de अस esse cf. §. 103. In imperativo ubi स् in fine abjicitur ante धि radicis अ convertitur in ए, unde एधि *). Reliqua patent ex ante dictis. Cf. tab. conjug.

*) Eandem mutationem etiam subeunt in classe III. desinentia in आ, sic दा dare, देहि da, धा tenere, धेहि tene.

b) Radices स्वप् dormire, अन् spirare, श्वस् id. जक्ष् edere, ridere, रुद् lacrimare, sumunt इ ante terminationes, quarum prima est consonans, si य excipiatur. In praet. sing. 2. 3. ante terminationem inserunt अ vel ई. E. c. रोदिमि lacrimo, रुदिमः lacrimamus, रुदन्ति lacrimant, अरोदं lacrimavi, अरोदः vel —दीः lacrimasti, अरोदत vel —दीत् lacrimavit etc. Cf. p. 105. 3.

c) Verbum abundans est विद् scire. Primo praéter flexionem regularem, etiam praetèrito remoto utitur pro praesenti, unde वेत्ति et वेद scio (sic graec. οἶδα). Praeterea imperativum etiam periphrastice format ope verbi auxiliaris कृ facere, quod additur, in imperativo flexum, ubi verbum विद् sibi solum आं per omnes numeros et personas subjungit. Sic विदां कुरु acius etc. विदां कुरुत scitote etc

d) हन् caedere (ut efficiatur augmen flexionis ad §. 103. cf. §. 115) manet हन् solum in forma augenda. Alias, si prima terminationum sit vocalis, abjicit अ e medio, si consonans, excepta nasali et semivocali, न् in fine amittit. Unde praes. sing. हन्मि, हन्सि, हन्ति, du. हन्वः हथः हतः , pl, हन्मः, हथ, घ्नन्ति. In praet. sing. 1. अहनं cecidi, p. 2 et 3 अहन् plur. अघ्नन् ceciderunt etc. In conjunctivo हन्यात् etc. In imp. जहि *) caede, घ्नन्तु caedant etc.

*) Ubi ob term. हि, pro litera initiali ह ea reduplicationis ज posita est.

e) वच् loqui, in f. tr. est verbum anomalum et defectivum; च् servat ante य, ante consonantem quamvis aliam convertit in gutturalem, nempe: in क्; at in ग् vel in क् in praeterito sing. pers. 1 2; ante ध imperativi sing p. 2 in ग्. Non habet pers. primam pluralis in praesenti et imperativo, ubi vel आहुः, ब्रुवन्ति, ब्रुवन्तु pro eadem ponuntur.

f) Defectivum अह् dicere, instar विद् supra pro praesenti utitur forma praeteriti remoti, ubi solum sequentes habet personas; in s. आह dicit, आत्थ dicis, (ubi ह mutatum in त्); in du. आहतुः dicunt आहथुः dicitis, in pl. आहुः dicunt. Nec in tempore aut modo alio flectitur.

g) ईड् celebrare, in f. intr. sumit इ ante ध vel sibilantem terminationum; ac in pluralis personis primis न् ejicit ex अन्त्. E. c. in praes. sing. ईडे, ईडिषे, ईड्ढे du ईड्वहे, ईडाथे etc. plur. ईडते celebrant, imp. ईडिष्व celebra; praet. ऐडत celebrarant etc.

h) मृज् verrere, purgare, in forma mutanda (§. 103.) ऋ convertit in आर्. Hoc incrementum (§. 35.) etiam locum habere potest vel ऋ retineri ante vocalem reliquarum terminationum. Cf. §. 36 XXI. XXII. p. 27 et 29. E. c. in praes.

मार्ज्मि, मार्क्षि, मार्ष्टि du. मृज्वः, मृष्ठः, मृष्ठः pl. मृज्मः, मृष्ठ, मार्जन्ति vel मृजन्ति, in praet. 1. अमृजं. 2. 3. अमार्ट् vel -ड्; imp. sing. 2. मृड्ढि (pro ष्धि vel ड्धि ob conversum ज् radicis in capitalem).

i) शास् legem ferre, regere, ordinare, manet solum in forma augenda et alias, ubi terminationis prima est vocalis aut sonans. In reliquis आ convertit in इ. Ex primis personis plur. न् abjicit etc. Cf. §. 36 XII. V. Cf. p. 99. etc. In praes. s. शास्मि, शास्सि, शास्ति; du. शास्वः, शिष्ठ etc. pl. 3. शासति ordinant; in praet. sing 1. अशासं, 2. 3. अशात् du. अशास्व, अशिष्टं etc. pl. अशास्म, अशिष्ट, अशासुः imp. शाधि ordina. शास् cum praepos. आ, आशास् bona precari etc. etiam flectitur in forma intr.

k) चक्ष् loqui, suum क् abjicit ante terminationum consonantes, exceptis nasalibus et semivocalibus Cf. §. 36 V. XII. et p. 99. 5. Itaque in intr. formae praes. sing. 1. चक्षे. 2 etiam चक्षे (abjecto enim क् remanet ष्, quod ante स् abit in क् etc.) 3 चष्टे, in plur. 2 चड्ढ्वे (cf. l. c.), चक्षते loquuntur; in imp. चड्ढ्वं loquimini. Exceptis modis et temporibus primis, in maxima reliquorum parte verbum hoc est defectivum. * XXII.

l) वश् desiderare, ut in formis augendis augmen obtineatur ad §. 103., in reliquis व convertitur in उ Cf. §. 30. XXI. etc. E. c. in praes. sing. वश्मि desidero, वक्षि desideras. वष्टि desiderat, du. उश्वः, उष्ठः etc. plur. उश्मः, उष्ठ, उशन्ति; in praet. sing. 1. अवशं, 2,3 अवट्, dual. औश्व (cf §. 107) 2 औष्टं etc.; in conj sing. उश्यात् etc., in imp. sing. 1 वशानि, 2 उड्ढि, 3 वष्टु etc.

m) लिह् gustare *), cf. §. 56 XV. XVI. seq. et pag. 99 3. Unde in praes. sing. 1. लेह्मि, 2 लेक्षि, 3 लेढि du. लिह्वः लीढः लीढः, plur. लिह्मः, लीढ, लिहन्ति; in praet. sing. 1. अलेहं, 2 3 अलेट्, etc. Imp. sing. 1. लेहानि 2 लीढि, 3 लेढु etc. *) lingere, germ. lecken.

n) दुह् mulgere, cf. loc. cit. et pag. 99 3 4. pag. 28 3. etc. Quo fit in praes. sing. 1 दोह्मि, 2 धोक्षि, 3 दोग्धि; du. दुह्वः, दुग्धः; plur. दुह्मः, दुग्ध, दुहन्ति; in praet. 1. अदोहं, 2 3 अधोक्, du. अदुह्व: etc. Imp. sing. 2 दुग्धि mulge etc. Eodem modo flectitur दिह् ungere.

o) Nasalem post vocalem radicis sumunt, adeoque conversionem non subeunt sequentes: (cf. p. 98 II. 1) शास् osculari, unde शिंसे osculor etc.; कस् ire, regere, निज् purificare, शिञ्ज् sonare. Nec convertitur ऋ in वृज् derelinquere, पृच् miscere.

CLASSIS III.

§. 116. Haec reduplicatione utitur (cf. §§. 112. 108), et terminationibus classis II. §. 114. easdem observando leges §. 115. Inprimis न् ex अन्त् abjiciunt, ac उः pro अन् finali substituunt. Praeterea speciales servandae leges seq.

I. Radices, quae desinunt in vocales,

1) quarum ultima est आ, ac in his a) दा dare et धा tenere, omittunt आ in forma non augenda (§. 103); in imp. p. 2 reduplicationem nón admittunt, sed आ ante हि mutant in ए. cf. §. 100 a., b) धा pro द reduplicationis (ad §. 108) utitur ध, ubi in forma non mutanda terminationis prima est consonans, excepto nasali, semivocali et ह्. Eo enim, quod per ejusmodi consonantem in radicis ध tollatur aspiratio, fit ad §. 56 XVII; ut in द reduplicationis excitetur. E. c. in f. trans. praes. sing. 1. ददामि do 2 ददासि das etc., du. 1. दद्वः,

दत्थः 2 दत्तः 3. plur. दद्मः, दत्थ, ददति in praet. s. अददां dedi, अददाः dedisti, अददात dedit etc.; conj. sing. 1 दद्यां etc. imp. sing. 1. ददानि, 2 देहि, 3 ददातु, du. ददाव, दत्तं, दत्तां, plur. 3. ददतु etc. In f. intrans. praes. sing. 1. ददे do 2 दत्से, 3 दत्ते etc. Eodem fere modo flectitur धा, e. c in f. trans. praes. sing. 1. दधामि teneo, 2 दधासि, दधाति; du. 1. दध्वः tenemus, 2 धत्थः tenetis, 3 धत्तः tenent etc. c) Sunt, alia verba desinentia in आ, quae ut मा mensurare, हा ire etc. f. intr. in forma non augenda etiam आ abjiciunt, si prima terminationum sit vocalis; sin consonans, convertunt in ई. Porro haec pro vocali reduplicationis sumunt इ. Unde in praes. sing. 1 मिमे, 2 मिमीसे etc. du. 1 मिमीवहे, 2 मिमाथे etc. plur. 1 मिमीमहे, 2 मिमीध्वे, 3 मिमते etc. sic जिहे, जिहीसे etc. At हा derelinquere, f. tr. servat syllabam ज reduplicationis ad §. 108, et amittit आ etiam ante य terminationum conjunctivi f. tr. Itaque praes. sing. 1 जहामि, 2 जहासि etc. du. 3 जहीवहे etc. Conj. sing. 1, जह्यां etc.

2) Quae in इ, उ, ऋ, exeunt, has literas in forma aucta (§§. 103. 35) convertunt. Ceterum servant orthoepiam. E. c. ह्री pudere, praes. sing. 1 जिह्रेमि etc. plur. pers. 3 जिह्रियति etc. In praet. sing. 1 अजिह्रयं, 2 अजिह्रेः, 3 अजिह्रेत etc. du 1 अजिह्रीव etc. Sic हु sacrificare praes. sing. 1 जुहोमि, 2 जुहोषि etc. Eodem modo हृ capere, in praes. s. 1 जिहर्मि 2 जिहर्षि etc. du. 1 जिहृवः, plur. 3 जिह्रति; in praet. sing. 1 अजिहरं, 2 3 अजिहः, cf. p. 98 6. p. 99 2.

*) भी timere pro ई, ubi non convertitur, etiam admittere potest इ. E.c. in conj. sing. 1 बिभीयां vel बिभियां etc.

उ radicis ante व et म terminationum etiam potest abjici, unde जुहुमः vel जुह्मः sacrificamus.

पॄ implere, in forma non mutanda, ऋ tamen convertere potest ante consonantem terminationum in ऊर् et ante vocal. term. in उर्.

ऋ ire, movere pro redupl. syllaba habet इय, sive ob hiatum inter redupl. इ et se sumit य. Unde in praes. sing. 1. इयर्मि etc. du. 1 इयृवः, plur. 3 इय्रति; in praet. sing. 1 ऐयरं movi, 2 3 ऐयः (pro ऐयर्, cf. pag. 98. 6. pag. 99 2).

II. Quarum ultima est consonans,

1) radicis vocalem in forma mutanda (§. 103) convertunt.

2) Quaedam pro redupl. vocali इ ponunt ए, nempe विज distinguere, णिज lavare, विष penetrare. Cf. tab. conj.

3) Sunt, quae in flexu non augendo, ante vocalem terminationum vocalem radicis amittunt (instar हन् p. 101 d); nempe: जन् gignere, भस् lucere, unde ज्ञ, प्स (cf. §. 36 I. a). Quo fit in praes. sing 1 जजन्मि gigno, plur. 3 जज्ञति gignunt. Sic बप्सति lucent. In praet. sing. 2. 3. अजजन् genuit, genuisti, अबभः luxit luxisti etc. Praeterea जन् ante consonantem terminat. in forma non mutanda fit जा, e. c. plur. जजाथ gignitis.

Etiam in aliis classibus quaedam verba reduplicatione formantur. Sic जक्ष् edere (p. 100 b.) ortum ex घस् edere. Nam ejecta vocali oritur क्ष् (ad §. 36 I. a. XII). ज autem est consonans reduplicationis ante घ (§. 108 II. 1. c.) etc.

CLASSIS IV.

§. 117. Radices hujus classis ante terminationes §. 114 pag. 95. admittunt literam charact. य (§. 112); ceterum radices vocalem mutare non solent. E. c. नृत saltare नृत्यति saltat. cf. in tab. conj बुध्

§. 118. Attamen notandum

1) Radices, quae desinunt in आ, ई, ऊ, flectuntur in forma intr. E. c. मा metire माये metior; दी marcescere, दीये marcesco; षू producere, सूये produco etc.

2) Illae, quarum ultima est ओ, hoc abjiciunt, e. c. षो destruere, स्यामि destruo, दो amputare cum अव praep., अवद्यामि amputo etc.

3) ॠ in aliquibus, (जॄ vel झॄ senescere) mutatur in ईर्, e. c. जीर्यामि senesco.

4) Quae terminantur in र् vel व्, et literam इ v. उ vel ऋ continent, has producere solent. E. c. दिव् ludere, दीव्यामि ludo.

5) Quaedam अ in medio producunt, nempe शम् quietum fieri, दम् mansuescere, domatum, cicurem fieri, श्रम् fatigari, भ्रम् errare, vagari. क्षम् pati, क्लम् contristari, मद् exhilarari, inebriari etc.

*) मिद् mitem esse, in flexu fit मेद्, जन् intr. nasci, fit जा, व्यध् caedere, venari, fit विध्, विध्यामि caedo etc.

CLASSIS V.

§ 119. Ante terminationes communes in tab. conj. cf. §. 114 admittit नु, cujus उ in forma mutanda §. 103. transit in ओ, quod leges euph. sequitur. E. c. आप habere, tenere, in praes. sing. 1. आप्नोमि, du. 1 आप्नुवः, pl. 3 आप्नुवन्ति.

हि terminatio imperativi sing. pers. 2. omittitur, nisi radices in consonantem compositam desinant, ubi हि assumunt. e. c. a चि, चिनु collige; at तक्ष् diminuere, collucare etc. तक्ष्णुहि diminue etc.

Quae desinunt in vocales, ante व् et म् pers. 1. du. et pl. etiam उ e. नु abjicere possunt, e. c. चि colligere, चिनुवः colligimus (du.) vel चिन्वः; sic pl. चिनुमः vel चिन्मः.

CLASSIS VI.

§. 120. Hujus radices flectuntur subjungendo terminationes auctas ad p. 95., nec vocales suas mutare solent. Cf. Tab. Conj. Attamen

1) pro इ finali radices assumunt इय्, ac उव् pro उ, रिय् pro ऋ, e. c. रि ire, रियामि eo, नु celebrare, नुवामि, ध्रु fixum stare, ध्रुवामि, मृ mori, म्रिये morior etc.

   *) Verum गृ deglutire, vorare, ऋ mutat in इर् vel इल् unde गिरति vel गिलति.

2) Quaedam nasalem assumunt ante consonantem finalem, e. c. मुच् liberare, लुप् amputare, लिप् illinere (inficere, colorare), सिच् irrigare (perfundere, aspergere), कृत् amputare, खिद् caedere, पिश् corpus, membra assumere, (sich leiblich gliedern), unde मुंचति, लुम्पति etc.

3) Aliquae र mutant in ऋ, e. c. प्रच्छ interrogare. भ्रस्ज assare, torrere. E. c. पृच्छामि interrogo.

4) Quarundam स् ante ज, e. c. भ्रस्ज, मस्ज, se lavare in balneo, immergi, लस्ज pudere, abit in ज, e. c. मज्जामि.

CLASSIS VII.

§. 121. Hujus radices, quae omnes in consonantem exeunt, in forma mutanda ante terminationes vocali suae subjungunt न, in reliquis न्. Cf. §§. 114. 115. II. E c. रुध् includere, praes. sing. 1. रुणध्मि, 2 रुणत्सि, 3 रुणद्धि (p. 28. 3.); in praet. sing. 1. अरुणधं, 2 अरुणः, vel -त् v.-द्, 3 अरुणत् vel-द्.

CLASSIS VIII.

§. 122. Radices sumunt उ ante terminationes, quae litera in forma mutanda convertitur in ओ.* Quemadmodum in classe V. etiam hic ante म et व terminationum litera उ inserenda omitti potest.

* Vocalis radicis non mutatur nec हि in p. 2 sing. imp. admittitur.

E. c. मन् noscere, intelligere, in praes. sing. 1. मन्वे, 2 मनुषे, 3 मनुते; du. 1 मनुवहे vel मन्वहे etc. Sic तन् extendere, in praes. sing. 1 तनोमि, du. 1 तनुवः vel तन्वः etc.

At कृ facere, anomalum, in forma mutanda ऋ convertit in अर् alias in उर्, post quod character hujus classis उ ante म, व et य terminationum omittitur. Unde in praes. sing. 1 करोमि. 2 करोषि, 3 करोति, du. 1 कुर्वः, 2 कुरुथः, 3 कुरुतः, plur 1 कुर्म्मः, 2 कुरुथ, 3 कुर्वन्ति. In praet. sing. 1 अकरवं (ex अ + कर् + ओ + अं), 2 अकरोः, 3 अकरोत्. In conj. s. 1. कुर्य्यां etc. In imp. sing. 1. करवाणि, 2 कुरु, 3 करोतु etc.

CLASSIS IX.

§. 123. Haec solum postulat ना inserendum ante terminationes communes in forma mutanda §. 103; alias नी, si a consonante incipiant, et न्, si a vocali. At notandum:

1) plures e radicibus, quae in vocalem longam exeunt, hanc corripiunt, e. c. पू purificare, in praes sing. 1 trans. पुनामि, 2 पुनासि; du. 1 पुनीवः plur. 3 पुनन्ति etc. In forma intr. praes. s. 1. पुने, 2 पुनीषे etc. Eodem modo plures longam corripiunt, e. c. लू, स्तॄ, कॄ etc. Quaedam aliae longam retinent; aliae ad libitum vel retinent vel corripiunt.

2) Sunt, quae nasalem abjiciunt, nempe ज्ञा intelligere, quod fit जा, बंध् ligare, fit बध्, sic श्रंथ् liberare, मंथ् versare, butyrum conficere, ग्रंथ् colligare, ordinare. Unde fit in pr. sing. 1 जानामि, बध्नामि etc.

3) Radices, quae desinunt in consonantem, in formae tr. imperativo sing. pers. 2, pro नी assumunt आन, cui हि non subjungunt. E. c. अश् edere, अशान ede, इष् valde desiderare इषाण etc. non autem इषाणीहि ut क्रीणीहि vende.

*) ग्रह् capere, र mutat in ऋ cf. tab. conj. ज्या senescere, decidere fit जि, unde जिनामि senesco.

CLASSIS X.

§. 124. Haec ante terminationes auctas (p. 95) assumit अय्, ac more classis I. conversionem poscit in radicibus. Illae, quae अ continent in medio duarum consonantum, quarum ultima est simplex, vocalem अ plerumque producunt. E. c. छद् tegere, छादयामि tego. At वर्ण् pingere, वर्णयामि pingo.

a) Radices, quae syllabam indicativam कि habent, utroque modo cum primae classis tum decimae flectuntur. §. 38.

b) कृत् celebrare, laudare, ऋ mutat in ईर्, e. c. कीर्त्तयामि celebro.

Ab his decem verbi classibus transimus ad flexus ejusdem secundarios. Cf. §§. 113. 103.

CAPUT X.

PRAETERITUM REMOTUM.

Leges generales

§. 125.

1) In eodem locum habet reduplicatio ad §. 108.

2) ante terminationes (v tab. conjug.), quarum prima est consonans, inseri solet litera इ.

*) Exc. कृ facere, सृ fluere, भृ nutrire, वृ tegere, द्रु fluere, solvi, श्रु effluere, स्रु id., स्तु laudare, quae illud इ respuunt.

3) In formae trans. singulari, ubi etiam flexus auctus est (§. 103), radices plurimae, quae exeunt in vocalem, in pers. 1 incrementum adhibere solent vel conversionem. (v. §. 35.),

in persona 2 conversionem saepe ad libitum, in persona 3. vero incrementum. Hoc etiam in pers. 1 et 3 plurium locum habet, quae voc. in medio duarum consonantium teneut. (Cf §. 103). Unde patet qua ratione hoc tempus magis pertineat ad flexum primum.

§. 126.

Leges speciales,

I pro desinentibus in vocales.

1) Quae exeunt in आ, in sing. pers. 1. 3. f. tr. pro आ sumunt औ; in reliquis hoc आ ante vocalem amittunt, at in sing. 2. etiam possunt retinere. In pers 1 du. et pl. ante conson. इ assumere debent, in 2 vero ante cons. possunt. E. c. या ire, sing. 1. 3 ययौ, 2 ययिथ vel ययाथ; du. 1 ययिव, 2 ययथुः etc. plur. 1 ययिम, 2 यय, 3 ययुः. In forma intr. दा dare, sing 1. 3 ददे, 2 ददिषे vel ददासे; du. 1. ददिवहे, 2 ददाथे etc., plur. 2 ददाध्वे vel ददिढ्वे, 3 ददिरे.

*) दरिद्रा indigere— in sing. pers. 1 et 3 etiam habet — दद्र Cf. p. 97.

2) Quarum ultima est इ vel ई, incrementum habent ac conversionem ad p. 109. 3. In personis secundis insertio literae इ (v. §. 125. 2.) est arbitraria.* E. c. sing. pers. 1 चिचाय, vel चिचय 2 चिचेथ v. चिचयिथ, 3 चिचाय, du. 1 चिच्यिव 2 चिच्यथुः etc. pl. 1 चिच्यिम, 2 चिच्य.

At, si praecedat consonans radicis composita, इ aut ई finalis ante vocalem in du. et plur. formae trans. fit इय. Cf. pag. 98. 6. E c. श्रि servire, du. 1 शिश्रियिव, 2 शिश्रियथुः etc.

* In du. et pl. इ v. ई rad. ante vocalem termin. fit य.

Sunt radices, quae pro palatali sumunt gutturalem, quae illi respondet, e. c. हि movere fit घि; जि vincere fit गि; चि colligere cum praep. निर् ex, fit कि etc. Unde जिघाय movit, जिगाय vicit, निश्चिकाय investigavit exploravit etc.

*) दी decidere, marcescere, sibi subjungit य्, unde in f. intr. दिदीये etc. pro दिध्ये etc.

**) इ ire, inter se et इ reduplicationis, hiatus evitandi causa inserit य्, at in du. et pl. cum redupl. fit ईय्. Unde sing. 1 इयाय vel इयय, 2 इययिथ vel इयेथ, 3 इयाय, du. 1 ईयिव, pl. 2 ईय, 3 ईयुः etc.

Post praep. अधि, pro इ ponitur जग (ex गम् ire). E. c. in forma intr. sing. 1. 3 अधिजगे, 2 अधिजगिषे etc.

3) Quae desinunt in उ, ऊ, servant analogiam praecedentium, quae in इ vel ई, atque eodem modo in s. incrementum ac conversionem admittunt; at in du. et pl. finalem semper mutant in उव्. E. c. धू concutere, sing. 1 दुधाव v दुधव, 2 दुधविथ v. दुधोथ 3 दुधाव; du. 1 दुधुविव, 2 दुधुवथुः etc.

*) भू fieri, anomalum, pro syllaba reduplicationis sumit ब et pro ऊ finali ऊव्, unde बभूव etc. Cf. tab. conj.

4) Quae in ऋ, ॠ exeunt, etiam priorum analogiam servant. Itaque हृ capere in f. trans sing. 1 जहार vel जहर, 2 जहर्थ vel जहरिथ, 3 जहार; du. 1 जह्रिव, 2 जह्रथुः etc. In intr. मृ mori, s. 1. 3 मम्रे, 2 मम्रिषे, du मम्रिवहे etc. pl. 2 मम्रिढ्वे, 3 मम्रिरे.

At si ante ऋ praecedat consonans composita, vel si radix desinat in ॠ, etiam in forma, alias non mutanda, § 103 (du. et pl.) conversio locum habet. E. c. स्मृ recordari, du. 1 सस्मरिव, 2 सस्मरथुः etc. pl. 2 सस्मर, 3 सस्मरुः. Sic स्तॄ tegere, du. 1 तस्तरिव, 2 तस्तरथुः etc.

*) ऋ movere per totum habet incrementum, itaque in s. 1. 3 आर, du. आरिव etc.

**) शॄ laedere, दॄ scindere, rumpere, पॄ implere in du. et pl. vel conversionem adhibent, vel ad euph. legem ॠ ante vocalem mutant in र्.

5) Quae in diphthongum exeunt, hanc mutant in आ, atque flectuntur more earum radicum, quarum ultima est आ, p 110 l. 1. E. c. गै canere fit गा, unde जगौ etc.

*) दे fovere fit दिग्य, in f. intr. दिग्ये etc.

**) व्ये celare, tegere, pro syllaba red. habet वि, unde in f intr. विव्य् quare in sing. 1. 3 विव्ये. At in forma trans. flectitur ut विव्यि, quo fit विव्याय etc. In du. vero et pl. formae utriusque vel ut विव्य् vel ut विव्ये flectuntur (ubi ante vocalem ए = अय्); unde e. c. in du. tr. 1. विव्यिव v. विव्ययिव intr. विव्यिवहे v. विव्ययिवहे etc.

***) वे seminare, texere vel ad regulam formatur ववौ etc. vel वे mutato in उवि in sing. flectitur more earum, quae exeunt in उ. At in du. et plur. abit in ऊव् vel ऊय्. E. c. sing. 1. 3 उवाय, du. 3 ऊवतुः v. ऊयतुः.

****) ह्वे provocare, lacessere fit जुहु, ac flectitur ut ea, quae exeunt in ऊ.

II. Pro desinentibus in consonantes.

1) Radices, quae penultimam natura vel positione longam habent, leges solum generales servare solent, p. 109. E. c. जीव् vivere, जिजीव, दीप् lucere दिदीपे, शिक्ष् discere; शिशिक्ष.

2) quae penultimam brevem, et quidem अ, vel

a) in medio duarum consonantium simplicium, eandem ex lege generali 3. p. 109 seq. in singulari producunt, e. c. गद् lo qui अगाद् loquutus est.

b) Si prima consonantum simplicium in radice ex numero earum sit, quae non per aliam sed ipsae reduplicantur, अ in medio earum mutatur in ए, excepto singulari f. tr. pers. 1 et 3, ubi fit आ, et pers. 2, ubi vel ए fit, vel nullam mutationem subit. Quoties ए ponitur in loco अ, reduplicatio omittitur. E. c. तप् ardere f. tr. sing. 1. 3 तताप, 2 ततप्थ vel तेपिथ, du. 1 तेपिव, 2 तेपथुः, pl. 1 तेपिम, 2 तेप 3 तेपुः etc.

*) Eandem legem, quamvis conditione haud prorsus eadem, servant quaedam aliae, ut फल् fructum ferre, भाज् servire, त्रप् pudere, ग्रथ् colligare, श्रथ् laedere, त्रस् timere. भ्रम vagari, errare etc.

*) Contra, legem in a) expressam (more गद्) sequuntur aliae, licet instar तप् per ipsam initialem reduplicentur; nempe illae, quarum prima est व, ut वद् fixum stare, porro दद् dare, शश् salire.

*) Aliquae radices, quae litera व exordiuntur, in forma trans. sing. pro redupl. litera sumunt उ, et in du. ac pl. etiam radicis व mutant in उ, quod cum उ redupl. facit ऊ. Hae sunt वच् loqui, वद् loqui, वस् habitare, वप् texere, वह् vehere, वश् velle. E. c. sing. 1. 3 उवाच loquutus est, pl. 3 ऊचुः loquuti sunt.

Ad harum analogiam यज् suum य mutat in इ, unde इयाज coluit, ईजुः coluerunt.

*) Sunt, quae in sing. f. tr. sequuntur regulam generalem, in a) expressam, in du. vero et pl. अ radicis abjiciunt, quemadmodum solent in flexu primo. Cf. p. 101. d. p. 105. II. 3 Nempe गम् ire, हन् caedere, खन् fodere. जन् nasci. unde e. c. a गम् in sing. p. 1. 3 जगाम, in du. 3 जग्मतुः etc., a हन् fit जघान, जघ्नतुः etc. a घस् fit जघास, जक्षतु, a जन् जजान, जज्ञतुः etc.

*) Quae इ suum in ऋ convertunt in flexu primo, e. c. ग्रह् (§. 123 *) etc., idem faciunt in du. et plur. *praet. remoti. E. c. जग्राह्, जगृहतुः etc.

c) Quarum vocalis est इ, उ vel ऋ, et consonans finalis simplex, in sing. f. tr. conversionem subeunt. E. c. द्विष् odisse, s. 1. 3 दिद्वेष, कृष् trahere, चकर्ष.

*) विद् (cf. p. 100 c.) per anomaliam reduplicationem et इ ante term. respuit.

*) मृज् (cf. p. 100) vel in singulari solum vel per omnes numeros incrementum habet, ut in flexu primo.

3) Radices, quarum prima est अ, reduplicatione utuntur ad reg. §. 108. E. c. अद् edere, आद edi etc.

*) De अह् defectivo v. §. 101 f).

*) Pro अ reduplicationis assumunt आन् sequentes:

a) quae desinunt in consonantem compositam, quarum prima est ऱ्, e. c अर्च् venerari, आनर्च veneratus est.

b) अश् edere, अंज् dilucidare अंच् colere, अन्ह् ire, e. c. आनश edit.

4) Quarum prima est उ, ex regula pro redupl. producunt ऊ; at quoties उ radicis ad legem mutatur, pro reduplicationis syllaba assumunt उव्, e. c. उष् urere, उवोष ussit, ऊषुः usserunt.

Harum analogiam servant illae, quarum prima est इ, e. c. इष् desiderare इयेष. (*formae utriusque et sing. f. intr.)

§. 127

Praeteritum remotum periphrasticum.

Plura verba defectiva praeteritum remotum periphrastice formant, assumendo in fine आं vel आम् et verba auxiliaria अस्, भू, कृ in hoc tempore, e. c. एध् crescere, एधामास crevi etc.

Hoc modo flectuntur

1) radices, quae aliis atque अ vel आ, vocalibus natura aut positione longis incipiunt, e. c. ऋच्छ् ire, ऊर्णु tegere etc.

2) radices, quibus plures sunt vocales, atque radices classis decimae,

3) verba derivata quaevis sive verbalia sive denominativa,

4) quaedam radices aliae, e. c. अय ire, आस sedere, दय dare etc.

*) Utroque modo regulari et periphrastico flectuntur कास splendere, काश idem, विद् nosse, जागृ vigilare, उष urere, दरिद्रा pauperem esse.

CAPUT XI.

§. 128. Modi et tempora, quorum flexus secundarios nominavimus (cf. § 105), si optativum formae tr. excipias, magnam partem terminationibus utuntur, quae a त् vel a sibilante exordiuntur. Ante has vero major radicum pars literam इ assumere solet, quod jam vidimus in praeterito remoto (§. 123. 2.), ubi cum flexibus primis secundarii conjuncti videntur.

Quae vero radices illud इ inserant, quae non, regulis definitum est, quas hic paucis attingimus. Nempe:

1) इ ante terminationes subjungunt plurimae, quae exeunt in ऊ, ॠ vel consonantem,

2) idem इ non sumitur a magna parte monosyllabarum, quae exeunt in आ vel इ, ई (has, si conversionem (§. 35) postulant) vel in उ, ऋ, ए, ऐ.

Plures autem hac in re exceptiones locum habent, quae facilius usu addiscuntur. In radicum catalogis illae, quae इ respuunt, notantur indicativa औ; quae इ sumere possunt vel non, indicativa ऊ signantur.

PRAETERITUM INDEFINITUM.

Leges generales.

§. 129.

1) Augmentum habet §. 107.

2) Terminationibus utitur in forma utraque iisdem, ac praeteritum primum, partim communibus partim auctis. Cf. §. 114. et tab. conjug.

3) Praeter hanc duplicem flectendi rationem et aliae sunt, ubi terminationibus illis vel स् praefigitur, vel इ cum स्, unde इष् (§. 36. XII), vel स cum इष्, unde सिष्. Cf tab. conj.

*) Hoc स् frequentius usurpatur in forma intr., इष् vero et सिष् saepius in f. tr.

4) इ ante स्, unde इष्, inprimis post verba inseritur, quae et in aliis flexibus secundariis इ ante स et त् sumunt. De quo v. § praec.

5) Ubi terminationes initialem habent dentalem त्, थ, ध्, ante has literam स्, quae ceterum adhibenda est, omitti oportet, si aut vocalis brevis antecedat aut consonans, exceptis nasalibus, semivocalibus vel ह्. Idem valet in ष् ante capitalem. Cf. quae supra de classe II. p. 99. 5) dicta sunt. Ante ध्व et ढ्व sibilans ex regula semper omittitur. Aliter se habet ष in सिष् quod modo nominavimus.

6) Ante त् et visargam, nempe ante terminationes pers. 2 3 sing. formae trans, ubi radix sumit स्, ponitur ई in loco literae अ. Simile quid in praet. 1 v. p. 99 2).

7) Cum ex lege in pers. 2. 3. sing. sibilans finalis abeat in visargam et त्, etiam इष्., ubi post radicem personarum reliquarum terminationibus praemittitur, fit ईः, ईत्; ubi vero सिष् praeponitur, visarga ille et त् cum eodem fiunt सीःet सीत्. Nam इ in सिष् hic producitur.

8) Quae स् inserunt, vel in आ desinunt, in pl. pers. 3 formae tr. pro अन् frequenter substituunt उः, et in f. intr. न् ex अन्त abjiciunt. Cf. class. II. §. 115).

9) Radices, quae exeunt in vocales, in forma tr. incrementum adhibere solent, in forma intr. conversionem cum स् inserendo. Generatim incrementum in f. trans., conversio in f. intr. frequentior est.

Leges speciales.

§. 130.

I. Radices, quae exeunt in vocales.

1) in आ

a) in forma transitiva ante terminationes praet. 1 communes (cf. §. 114. et tab. conj.) inserunt सिष्. E. c. ज्ञा nosse, sing. 1 अज्ञासिषं, 2 अज्ञासीः, 3 अज्ञासीत्, du. 1 अज्ञासिष्व etc. plur. 3 अज्ञासिषुः.

*) सिष् hoc respuunt दा, धा, मा, पा, ष्ठा et, prout libet, घ्रा. Haec verba etiam आ ante term. उः amittunt. E. c. sing. 1 अदां, 2 अदाः, 3 अदात्, du. 1 अदाव etc. plur. 3 अदुः.

*) ख्या narrare corripit आ per omnes numeros et personas, e. c. sing. 1 अख्यं, 2 अख्यः, 3 अख्यत् etc.**

*) दरिद्रा (cf. p. 97. etc.) vel cum सिष् vel cum इष् inserto flectitur. Si cum इष्, आ finale abjicit.

b) In forma intrans. etiam flectuntur radices दा et धा, quae mutatae in दि et धि ante terminationes communes assumunt स्, quemadmodum गा ire, मा metiri, हा ire, quamlibet in his आ retineatur. E. c. sing. 1 अदिषि, 2 अदिथाः (cf. §. 129. 5), 3 अदित pl. 2 अदिध्वं vel अदिढ्वं etc; At मा sing. 1 अमासि, 2 अमास्थाः, 3 अमास्त. pl. 2 अमाध्वं.

**Vel आ abjecto flectitur termin. auctis.

2) in इ, ई .

has literas in forma trans. mutare solent **incremento**, in forma autem intrans. **conversione** ad §. 35. Ante terminationes communes inserunt स्, ac post eandem in forma tr. sing. pers. 2. 3 sumunt ई. E. c. णी ducere f. tr. sing. 1 अनैषं, 2 अनैषीः, 3 अनैषीत्, pl. 3 अनैषुः. At in f. intrans. sing. 1 अनेषि, 2 अनेष्ठाः etc. plur. 2 अनेध्वं vel अनेढ्वं etc.

*) श्वि prosperari, crescere vel इ abjecto terminationibus **auctis** flectitur, e. c. in sing. 1 अश्वं, 2 अश्वः, 3 अश्वत् etc., vel इ converso in ए, ante terminationes **communes** इष् inserit (cf. p. 116, 7), e. c. sing. 1 अश्वयिषं, 2 अश्वयीः, 3 अश्वयीत्, pl. 3 अश्वयिषुः, vel addita reduplicatione इ mutat in इय् (sive ad evitandum hiatum य् inserit), unde sing 1 अशिश्वियं, 2 अशिश्वियः, etc, pl. 3 अशिश्वियन् (cf. plusquamperf. graec.)

*) Eodem modo flectitur श्रि servire, quod etiam duplicem consonantem habet. Cf. §. 126. 2 *) p. 98 6 *).

*) शी dormire, डी volare **conversionem** subeunt in f. intr. et इष् sumunt ante terminationes communes

*) मी necare, मि projicere दी marcescere vocalem suam mutant in आ, et flectuntur ut ज्ञा p. 117, e. c. in sing. 1 अमासिषं etc.

*) दीधी, वेवी lucere, ई finale amittunt, et इष् inserunt ante terminationes f. intr., e. c. in sing. 1. अदीधिषि etc.

*) इ ire, mutatum in गा flectitur ut दा p. 117. At cum praep. अधि (cf. p. 97 2) *) in f. intr., assumto sibilante ante terminationes, vel ut इ vel ut गी flectitur. E. c. sing. 1 अध्यैषि vel अध्यगीषि etc.

3) in उ, ऊ

ad analogiam praecedentium in f. tr. incrementum subeunt in f.

intr. conversionem, atque in hac स्, in illa autem vel स् vel इष्, aliae tantummodo alterutrum inserunt. E. c. यु miscere f. tr. (cum इष्) sing. 1 अयाविषं, 2 अयावीः, 3 अयावीत् etc. श्रु audire, sing. 1 अश्रौषं, 2 अश्रौषीः, 3 अश्रौषीत् etc. Sic च्यु adire, visire etc.

*) Quemadmodum यु, inserto इष्, etiam flectuntur, क्ष्णु acuere, स्नु stillare, क्षु sternutare, पू purificare etc.; aliae utroque modo vel cum इष् vel cum स् etc.

*) Morem eorum in इ, quae reduplicationem cum augmento conjungunt, atque radicis vocali addunt ejusdem semivocalem (p. 118 *), etiam servant quaedam in उ simili prorsus modo, nempe द्रु, स्रु fluere, manare, e. c. sing. 1 अदुद्रुवं, असुस्रुवं etc.

*) Ex iis quoque, quae terminantur in ऊ, quaedam hanc finalem mutant in ऊव्, e. c. नू celebrare, धू concutere, ध्रू fixum manere, कू strepitum facere. At भू retinet ऊ vocalem solam in f. tr. ante consonantem; ante vocalem autem subjungit व्, unde ऊव्, et in forma intr. conversionem subit. Cf. tab. conjug.

4) In ऋ vel ॠ

eandem servando analogiam, ac priores, in f. tr. monosyllabae sumunt स् cum incremento, mutantes ऋ in आर्; in f. intr. vel इष् inserunt, ubi conversionem subeunt, vel स् solum, ubi ऋ manet. E. c. कृ facere (quod tantummodo स् sumit. cf. §. 125. 2) in f. tr. sing. 1 अकार्षं, 2 अकार्षीः, 3 अकार्षीत् etc. pl. 3 अकार्षुः; at in f. intr. 1 अकृषि, 2 अकृथाः etc. pl. 1 अकृष्महि, 2 अकृध्वं vel अकृढ्वं etc.

*) Radices, quarum initialis est consonans composita, vel quae desinunt in ॠ, porro वृ servire, tegere, जागृ evigilare etc. sumunt इष् ante term. in f. tr.; at in f. intr. etiam स् absque इ praemisso. Cf. §. 129. 9). वृ in f. intr.

literam इ in इष, quod inserendum est, producere potest; unde in sing. 1 अवरिषि, vel अवरीषि vel अवृषि etc.

*) Quae in ॠ exeunt, quando in f. intr. cum स inserto flectuntur, ॠ finalem mutare possunt in ईर् et post labialem in ऊर् (quod et alias in flexibus primis post labialem fit, cf. Passivum infra). E. c. जॄ marcescere, in sing. 1 अजीर्षि etc. कॄ spargere अकीर्षि etc. वॄ seligere अवूर्षि etc.

5) In ए, ऐ, ओ,

radices hae diphthongos finales mutant in आ, atque more terminantium in आ flectuntur. E. c. वे serere, in f. trans. sing. अवासिषं, f. intr. अवासि etc.

*) Sunt, quae praeter hunc flectendi modum servant eum, ubi स terminationibus non praefigitur, nempe: षो destruere, perdere, छो amputare, शो acuere; unde असां perdidi, असुः perdiderunt etc. vel असासिषं etc.

*) ह्वे provocare, ए mutat in अ, itaque अह्वं provocavi, etc.

*) धे sugere format vel अधासिषं, vel अधां v. अधं.

II. Radices, quae exeunt in consonantes.

In his distinguendae radices A. quae इ ante स sumunt (cf. §. 128. seq.), B. quae respuunt, C. quae, prout libet, admittunt.

A. Quae इ inserunt, maximam partem terminationibus communibus praeponunt इष. Nempe

1) vel अ continent in medio duarum consonantium, ubi,

a) si ultima sit simplex, in f. tr. अ ad arbitrium produci potest, e. c. पठ् legere, sing. 1 अपाठिषं v. अपठिषं.

b) अ non producunt, quae consonantem ultimam habent compositam, e. c. भक्ष् edere, अभक्षिषं edi etc. Ad has pertinent, quae terminantur in म्, य्, ह्, porro, quae li-

teram ए habent indicativam, denique क्षाा laedere, vulnerare, श्वस respirare. Quaedam vero ex his, quae in म् terminantur, स् inserunt ante इष्, itaque सिष् praeponunt terminationibus, nempe: णम् flectere, यम् cohibere, रम् ludere. e. c. अयंसिषं cohibui etc.

c) अ semper producunt, quae in र् vel ल् exeunt, ut फल् fructum producere, चर् ire. Ad has radices etiam numerantur, वद् loqui, व्रज् ire.

2) Vel aliam vocalem atque अ, natura et positione brevem continent in medio duarum consonantum. Hae radices eandem vocalem in forma* tr. et intr. conversioni subjiciunt, e. c. विद् scire, in sing. 1 f. tr. अवेदिषं, f. intr. अवेदिषि.

*) At radices, quae in classe VI. indicativo शि distinguuntur, nullam mutationem subeunt.

3) Vel vocalem aliam, ac अ, habent natura aut positione longam: quae eandem nec in forma tr. nec in intr. mutant. E. c. पुष्प् florere, अपुष्पिषं, florui, दीप् lucere, अदीपिषि *) luxi etc.

*) Hoc etiam fit अदीपि.

B. Radices, quae इ respuunt, (v. §. 128).

1) Si स् quoque non adhibent, nec vocalem mutant. Excipe radices classis X. de quibus infra.

2) Si स् inserunt, plurimam partem etiam incrementum in f. tr. postulant. E. c. वप् texere, अवाप्सं texui, at in f. intr. अवप्सि etc.

*) Ubi finales radicum concurrunt cum स् inserendo, leges orthoëp. §§. 35. 115. et analogia servandae.

*) Aliquae incrementum, prout libet, subeunt vel non. E. c. कृश् diminuere, मृश् consulere, स्पृश् tangere, unde अकार्क्षं vel अकृक्षं.

3) In iis, quae स् ad arbitrium sumunt, ac इट् indicativum habent, illae sunt, quibus vel terminationes auctae, vel inserto स्, communes subjunguntur. Si communes, vocalis postulat* incrementum. E. c. रुध् claudere, in forma trans v. अरुधं vel अरौत्सं clausi. अरुधतां, अरौत्तां clauserunt du.

*) Sunt, quae loco incrementi ऋ mutant in रा, e. c. दृश् videre अद्राक्षं vel अदर्शं vidi.

4) Quae desinunt in श्, ष्, ह्, aliamque quam अ, आ vocalem continent, in forma tr. terminationibus auctis, in f. intr. autem terminationibus communibus स् praefigunt, in neutra vero vocalem mutant. E. c. दिश् monstrare, in f. tr. अदिक्षं, in f. intr. अदिक्षि monstravi.

5) Huc numerantur, quae in f. tr. subjungunt terminationes auctas, atque स respuunt; in f. autem intr. vel स adhibent, scil.

a) quae indicativam habent literam ऌ, quibus adscribuntur sequentes: शास् regere, वच् loqui, अस् projicere, लिप् ungere, सिच् spargere,

b) pars classis quartae, quarum enumeratio incipit cum radice पुष् sustinere,

(At omnes, quarum prima द्युत् lucere, hae in f. intr. solum, conversae flectuntur. cum इ. अद्योतिषि.)

*) Quaedam ex illis radicibus flectendo mutantur. Nempe: पत् cadere, fit पप्त्, नश् perire, fit नेश् (vel manet नश्); रध् laedere fit रन्ध्, शास् regere, शिष् (cf. p. 102 1), वच् loqui, वोच्, अस् jacere, अस्थ्.

C) quae indicativam habent literam ऊ, adeoque ad arbitrium स् ac proinde इष् subjungunt, hoc faciunt cum conversione; sin स् solum inserant, cum incremento. E. c. षिध् perficere, असैत्सं vel असेधिषं perfeci etc.

*in f. tr.

*) Radices classis VIII. quidem इ postulant ante स; verum in sing. pers. 2. उ. f. intr. etiam possunt omittere cum syllabam इष् tum consonantem finalem, et nulla litera intermedia assumere term. थाः, त. E. c. तन् extendere, अतनिष्ठाः vel अतथाः extendisti, अतनिष्ट vel अतत extendit.

In formando praeterito indefinito peculiare quid habent radices classis X., quippe quae in f. tr. et intr. terminationes auctas adhibent et reduplicatione uti solent etc. Id vero iisdem commune est cum verbis causativis, et ex harum flectendarum regulis generalibus facilius intelligitur.

CAPUT XII.

DE RELIQUIS TEMPORIBUS ET MODIS.

§. 131. De futuro primo praeter ea, quae jam dicta sunt § 109. 1. §. 110. 3. §. 128. et tab. conjug., pauca hic notamus, nempe:

1) Radices, quae desinunt in vocalem convertendam, vel, quae in consonantem exeuntes, ejusmodi brevem continent, subeunt conversionem (§. 35). Quae in ए, ऐ terminantur, has mutant in आ.

*) Aliquae ऋ finale etiam in र mutare possunt.

2) Quae in ऋ desinunt, pro इ, ad §. 128. inserendo, sumunt ई e. c. तॄ trajicere, तरीतास्मि etc.

3) Consonantes finales in radicibus, nisi इ admittant, dum concurrunt cum terminationum initiali त, mutantur ad orthoepiae leges, quas jam variis locis exposuimus. E. c. मुच् liberare, मोक्तास्मि liberabo, रुध् laedere, रुद्धास्मि, लुभ् mentem perturbare लोब्धास्मि, द्रुह् odisse, द्रोग्धास्मि etc.

* Futurum 1 in pers. 1 2 utitur termin. praes. communibus inserto स, in perss. 3 termin. declin. nominum in ऋ c. 1. ता, तारौ, तारः.
Fut. indefinitum solum adhibet term. praesentis auctas inserto — स्य.

§. 132. **Futuri indefiniti** terminationes, utpote ab स् incipientes, dum concurrunt cum radicum, quae इ non subjungunt, finali diversa, etiam postulant leges orthoep. servandas. E. c. quae in स् desinunt, hoc mutant in त्; sic वस् habitare, वत्स्यामि habitabo, p. 49. 99. 2. Quarum ultima est ह्, prima autem द, hoc mutant in ध, e. c. दह् urere, धक्ष्यामि etc. V. p. 99. 4. Ceterum, quod spectat radicum conversionem, ac इ inserendum, hic eadem ac de futuro primo valent. Cf. loc. cit et tab conj.

§. 133. **Modus conditionatus** in omnibus cum futuro indef. convenit, nisi quod augmentum adhibeat, et proprias habeat terminationes. Cf. §§. 102. 107. 109. 3) et tab. conj.

§. 134. De **optativo** cf. §§. 107. 109. 4) et tab. conj. In forma intr. more praecedentium etiam admittit इ ante terminationes. At radicum vocales in hoc **modo** diverse mutantur, nempe:

I. quae in vocales exeunt, ac

1) quae in आ, hanc literam, si consonantem initialem habeant simplicem, in forma tr. in ए convertunt, si compositam, possunt vel convertere, vel retinere, e. c. दा dare, देयासं; at ज्ञा scire vel ज्ञायासं vel ज्ञेयासं. In f. intr. आ manet.

*) दरिद्रा format दरिद्र्यासं cet.

2) Quae in इ, ई, उ, ऊ exeunt, इ, उ, in f. tr. producere solent, in f. intr. *conversioni subjicere. E. c. णी ducere tr. नीयासं intr. नेषीय, स्तु laudare tr. स्तूयासं intr. स्तोषीय etc

3) Quae in ऋ terminantur, hoc, a) si consonans initialis sit simplex, in f. tr. in रि mutant, in f. intr. vel retinent vel ubi इ inseritur, convertunt in अर्. E. c. कृ facere. f. tr. क्रियासं intr. कृषीय, वृ tegere intr. वरिषीय vel वृषीय; b) si consonans initialis sit composita, in f. tr. ऋ convertunt in अर्. **

*omnes

*) Solum स्तॄ dispergere flectitur in f. intr. ut वॄ.

** Nempe,. Illae in ॠ conversionem subeunt in f. tr. et. quando इ sumunt, in f. intr. Si vero initialem, habeant simplicem, ॠ mutant in रि.

4) Quae in ॠ terminantur, in f. tr. hoc mutant in ईर्. At in f. intr., ubi इ ante term. inserunt, ॠ radicis convertunt in अर्, इ vero inserendum possunt producere. E. c. स्तॄ dispergere, tr. स्तीर्षीष्ट intr. स्तरिषीय vel स्तरीषीय. Cf. futur. §131. 2).

5) Quae in ए, ऐ terminantur, pro his substituunt आ, ac flectuntur instar eorum, quae exeunt in आ. V. supra.

*) Aliquae radices mutantur, nempe वे serere in ऊ, व्ये tegere in वी, ह्वे provocare in हू. At शो acuere manet.

II. Quae in consonantes,

1) si penultima sit अ vel आ, non mutantur.

*) In aliquibus semivocalis cum अ suo solvitur in vocalem, scil. in प्रछ्, यज्, वच्, वप्, वह्, वस्, वश्, ubi र् य, व fiunt ऋ, इ, उ.

*) Radices, quae in consonantem duplicem exeunt, cujus prima est nasalis originaria, hanc in f. tr. amittunt.

2) Si penultima, vocalis, alia sit ac अ, आ, non mutatur, nisi in f. intr., ubi dum इ inseritur, conversionem subit.

CAPUT XIII.

P A S S I V U M.

§. 135.

1) Terminationes passivi maximam partem congruunt cum illis formae intr. (sive mediae). Cf. tab. conj.

In praeter indef. terminationibus praet. primi in forma intr. communibus praefigitur स्.* At in sing. pers. 3 pro स्त ponitur इ, ubi simul vocalis radicis incrementum habet, e. c. कृ facere, अकारि factus est. * ubi इ locum habet, इष्.

*) Incrementum non habent solum बुध् intelligere, जन् nasci, बध् laedere. unde अबोधि, अजनि etc.

2) In temporibus et modis flexus primi ante terminationes f. intr. auctas य् ponitur.

3) Augmentum et reduplicatio adhibentur eodem modo atque in activo f. intr.

4) Quae verba ante स् et त् terminationum in activo इ inserunt, idem in passivo usurpant. Praeterea omnes radices, quae in vocales exeunt, in flexibus secundariis (§. 103), illud इ subjungunt. Ad quas accedunt हन्, दृश्, ग्रह्.

5) In radice ipsa mutationes etiam sequentes locum habent.

I. Quae in vocalem exeunt,

1) si in आ, excepto praeterito remoto, nullam mutationem subeunt, et in flexibus secundariis य् inserunt. E. c. ख्या narrare, in sing. pers. 3. praes. ख्यायते narratur, praet. अख्यायत narratum est; praet. rem. चख्ये narratum erat; praet. indef. अख्यायि narratum est; fut. ख्यायिता narrabitur; fut. indef. ख्यायिष्यते id., narrandum est; conj. ख्यायेत narretur, narraretur; condition. अख्यायिष्यत si narraretur, si narratum esset etc.; optat. ख्यायिषीष्ट utinam narraretur; ख्यायतां narrator.

*) At quaedam in flexibus primis in locum finalis आ substituunt ई, nempe: दा dare, धा tenere, हा relinquere, पा bibere, मा metiri, स्था stare. Unde दीयते datur etc.

2) Si in ई, ऊ terminantur, in flexibus primis vocalem longam retinent; si in इ, उ, hanc brevem producunt. At in

flexibus sec. omnes vel incrementum subeunt vel conversionem, in‡ praet. indef. autem tantummodo incrementum. Praet. remotum ab eodem in activo haud differt. E. c. a भू (cum praep. अनु) अनुभूयते sentitur, अनुभविता vel अनुभाविता sentietur etc. चि colligere, चीयते colligitur, चयिता vel चायिता colligetur etc.

*) शी quiescere, more plurium, classis suae analogiam servat, unde शय (sive शे, cujus ए etiam ante य quemadmodum ante vocalem in अय mutatur). itaque in sing. praes. शय्यते, in praet. rem. sing. 3 शिश्ये, du. शिश्याते, pl. शिश्यिरे, fut. शयिता etc.

*) श्वि crescere, succedere, in flexibus primis fit उश, itaque in praes. उश्यते etc.

*) दीधी, वेवी lucere, in flexibus primis ई finale omittunt, unde दीध्यते, वेव्यते etc.

3) Quae in ऋ, si penultima sit consonans simplex, in flexibus primis, ऋ mutant in रि, si composita, in अर; in अर etiam जागृ vigilare et ऋ ire. In flexibus secundariis analogiam earum, quae exeunt in इ, ई, उ, ऊ, ut alias et hic servant radices in ऋ, ॠ. E. c. कृ facere, fingere, in sing. 3 praes. क्रियते fingitur; praet. 1 अक्रियत fictum est; praet. rem. चक्रे, praet. indef. अकारि etc. At स्मृ recordari. in s. 3 praes. स्मर्यते, praet. rem. सस्मरे, praet. indef. अस्मारि etc. Quae vero in ॠ desinunt, in flexibus primis, finalem hanc mutant in ईर्, post labialem (ut alias p. 120), in ऊर्. E. c. दॄ scindere, दीर्यते scinditur, भॄ nutrire, भूर्यते nutritur.

4) Quae exeunt in diphthongum, hanc ut alias in आ mutant, ac more terminantium in आ flectuntur. Harum instar etiam quaedam diphthongum mutant in ई, e. c. शो acuere, शीयते acuitur, sic सो destruere, सै vastari, गै canere, कै, रै sonare, दै purificare, दे fovere, धे bibere, दो dividere.

‡ sing. pers. 3.

*) In flexibus primis वे fit ऊ, व्ये fit वी, unde ऊयते, वीयते etc.

II. Quae in consonantem exeunt, in flexibus primis vocalem non mutant, in reliquis servant leges formae intr., excepto, quod in praet. indef. passivo semper locum habeat incrementum.

*) Aliquae et अन् in fine mutare possunt in आ, nempe: तन्, खन्, जन्, मन्, itaque in praes. sing. v. तन्यते vel तायते extenditur.

*) Ex iis, quae a व ordiuntur, (ut in praet. rem. p. 113 *) व convertunt in उ. Sic यज् suum य in इ., et in व्यध् caedere, व्यच् decipere य in इ mutant. In quibusdam, ut alias, र in ऋ solvitur, e. c. in प्रच्छ्, ग्रह्, भ्रस्ज् etc.

CAPUT XIV.

INFINITIVUS ET PARTICIPIA.

Infinitivus.

§. 136. Infinitivus in activo et passivo ac quovis tempore eandem formam habet, quae fingitur ex futuro primo, ubi loco ता ponitur तुम् vel तु, e. c. कृ facere, in fut. कर्त्ता in infin. कर्त्तुम्.

Participia.

§. 137. Attributiva primitiva, quae vel ad actionem vel agentem vel actum referuntur, in sanskrito aut ex ipsa efficiuntur linguae radice, radicalia, aut ex aliqua formarum, quas radix in conjugatione obtinere potest, verbalia. Utriusque generis attributiva radicalia et verbalia nominantur कृदन्ताः ad agentem pertinentia. Ab his distinguuntur तद्धिताः, derivata, denominativa, quae a nominibus derivantur.

Attributivis, quae primitiva sunt, utriusque generis, quemadmodum verbo (actione), variae in sententia rationes solent definiri, itaque

magnam partem casus regi possunt. Cum vero attributiva verbalia non casum tandummodo, genus et numerum exprimunt, sed tempus etiam diversum, eadem nos dicimus participia naturae cum verbi tum nominis. Pro temporis autem, quod indicant, diversitate participia in sanskrito distinguuntur seqq.

Participium praesentis in Activo formae trans. et intr.

§. 138. In utraque forma participium praesentis activi fit ex persona tertia plur. praesentis sui; nempe partic. transitivum ex praes. tr., substituendo अत pro terminatione अन्ति; et partic. intr ex praes. intr. pro hujus term. अन्ते vel अते substituendo आन, ubi terminationes communes locum habent, et मान, ubi terminationes auctae. Cf. §. 114. E. c. in f. tr. अस् esse, सन्ति sunt, partic. सत्, कृ facere, कुर्वन्ति faciunt, कुर्वत् (cf. tab. declin.), वश् velle, उशन्ति, उशत् etc Ex formae rudis अत fit in nominativo masc. अन्, in foem. अन्ती, in neutro अत्. Cf. §. 60. In forma autem intr. exempla sunt: दे cl. I. fovere, दयन्ते fovent, in partic. दयमान fovens; मन classis VIII. intelligere, मन्वते intelligunt, मन्वान etc.

*) In terminationibus radicum quarundam f. trans. न locum non habet, unde in masc. et neutro अत्, foem. अती.— In f. intr. आस् sedere, habet आसीन sedens.

Participium praesentis in passivo.

§. 139. Formatur ex praesenti passivi, pro ejusdem terminationibus substituendo मान, e. c. ex तुप caedere. तुप्यते caeditur fit तुप्यमान τυπτόμενος; हा relinguere हीयमान etc.

Participium praeteriti remoti in forma transit.

§. 140. Efficitur ex persona 1 dualis hujus temporis, pro term. अतुः substituendo वस quod in nominativo masc. fit वान्. in f.

उषी, in neutro वत्. Cf. §. 71. E. c. तुप caedere, in du. pers. 3 तुतुपतुः, unde तुतुप्वस् τετυφὼς in masc. तुतुप्वान्, foem. तुतुपुषी, neutro तुतुप्वत्.

§. 141. Radices, quae abjecto illo अतुः non nisi unam retinent syllabam, quae in consonantem exit, ante वस् sumere solent इ, unde in praet. rem. in इवस् terminantur. Huc pertinent, quae in locum अ mediae substituunt ए etc. E. c. पच maturare, coquere, in du. पेचतुः itaque in partic. praet. rem. पेचिवस्, masc. वान् foem. पेच्युषी etc. Sic दा dare ददिवस्, ऋ ire आरिवस्, गम् ire जग्मिवस्, हा relinquere, जिहिवस् etc. Verum etiam aliae quaedam, licet subtracto अतुः plures una retineant syllabas, per इवस् formari possunt. E. c. याच quaerere, ययाचिवस्.

*) सह् ferre fit साह्वस्, दाश् dare दाश्वस् etc.

§. 142. Verba, quae in praeterito rem. formantur periphrastice, eadem forma utuntur in participio, ubi radici आं addito, eidem subjungunt auxiliaria बभूवस् a भू, आसिवस् ab अस्, चकृवस् a कृ.

In forma intransitiva.

§. 143. Participium cum activae tum passivae significationis, quae utraque in praet. rem. eandem formam habet, fingitur ex ejusdem temporis singular. pers. 2., pro cujus terminatione से vel इषे substituitur आन. E. c. तुप्, in sing. pers. 2 तुतुपिषे, in partic. तुतुपान, m. नः, f. ना, n. नं (τετυμμένος, η, ον); कृ facere, in praet. चकृषे, in partic. चक्राण.

Participium praeteriti indefiniti activae et passivae significationis.

§. 144. Verba sensus transitivi in hoc participio sunt passiva, intransitivi autem activa. Eadem haud raro vim habent substantivorum, quod ex tempore sint indefinito. Formantur autem addendo radicibus त. E. c. कृ facere, कृतः factus, इ ire, इतः profec-

tus, sic भू भूत, स्ना स्नात etc. Verbum, quod alias इ ante त afformativorum sumit, et hic inserit. E c. विद् cognoscere, विदित: cognitus.

§. 145. Pars radicum, quae इ ante त respuunt, pro hujus participii formativo त sumit न literam, ante quam ultima radicis consonans euphonice mutatur. E. c. घ्रा odorari, घ्राण, ली complecti लीन, षू gignere सून, छिद् findere, छिन्नं fissum, भञ्ज् frangere, भग्नं fractum. पूर् replere, पूर्ण repletum etc.

Quae desinunt in ॠ, hoc convertunt in ईर्, si labiali incipiant, in ऊर् et न sumunt pro त, e. c. तॄ trajicere, तीर्ण, गॄ deglutire, गीर्ण, मॄ occidere, मूर्ण etc.

At ऋ, si fit ऋत, rectum, verum notat, si ऋण, debitum.

Radices, quae इ vel उ vocalem in medio duarum consonantium habent, ubi इ ante त sumunt, vocalem rad. conversioni subjicere possunt, e. c. द्युत् lucere, द्युतित vel द्योतित.

Quae a व ordiuntur, eamque alias (cf. pag. 128. *) in उ solvunt, eandem mutationem hic subeunt, e. c. वद् loqui, उदित, वच् उक्त etc.

Aliae nasalem in fine ante त abjiciunt, nempe गम् fit गत, मन् fit मत, हन् हत, यम् यत.

Sunt in utroque casu, sive त sive न sumant, quae mutantur, nempe: दा dare fit दत्त et cum praepositionibus solum त्त, e. c. cum प्र pro, fit प्रत्त: proditus etc.; ध्या tenere fit दित, ज्या decidere जीन, पा bibere पीत, मा metiri (in classe III. मिम्) मित, sic स्था stare स्थित. हा relinquere हीन. वा flare वात, cum praepos. निर् sensu morali निर्वाण: in spiritu flando extinctus, श्वि crescere शून etc.

Ex iis, quae in ए exeunt, plures ए mutant in ई, e. c. धे sugere धीत; मे vendere मीत; व्ये tegere fit वीत; aliae* in ऊ, ut वे texere ऊत, ह्वे provocare हूत etc.

* वे

Terminantes in ऐ magnam partem hoc mutant in आ et न sumunt pro त; e. c. म्लै contristari म्लान, त्रै liberare त्राण etc. Aliae ऐ mu-

tant in ई more eorum in ए, e. c. गै canere गीत, षै corrumpere, सीत, ष्टै circumvolvere fit स्तीम vel स्तीत. Sunt in ऐ quae formam cum sensu mutant; sic श्यै frigere, scil. sentiendo vel tangendo शीत, श्यै gelascere शीन, श्यै gelu, marcescere श्यान.

Quae in ओ terminantur, pro hoc sumunt इ, e. c. छो secare छित, षो perdere सित. At ज्यो. temperare etc. fit जीत.

*. Sunt quaedam participia, quae ad diversas pertinent radices, ut हित ad धा et हि, मित ad मा et मि etc. Porro ग्रह् cl. IX. fit गृहीत etc.

Participium praet. indef. activ.

§. 146. Ex participio praecedenti, etsi significationem habeat in transitivis, passivam, formatur aliud participium praeteriti indef., quod sensum activum habet, nempe illi addendo वत् (masc. वान्, foem. वती, n. वत्). E. c. तुप् caedere, in partic. praet. indef. pass. तुप्त, act. तुप्तवत्, गम् ire, गत, गतवत्, कृ, कृत, कृतवत् cf. §. 50.

Participium praeteriti indeclinabile in त्वा, य et अं, (adverbiale, absolutum.)

§. 147. Quaemadmodum in sanskrito classis nominum est indeclinabilium, ita et actionis sive verbi forma indeclinabilis, qua modo adverbiali sive absoluto indicari solet id quod factum aut futurum sit vel fiat, antequam vel etiam quo tempore aliud quid consequutum sit, vel consequatur. Usurpatur fere indefinite absque ullo numeri, aut generis discrimine, ac pro omni numero, genere et casu servire potest Cf. §. 137.

Formatur I. radici subjungendo त्वा. E. c. श्रु audire श्रुत्वा audito, quum auditum fuit etc. कृ facere कृत्वा, नश् perire नष्ट्वा etc. Radices, quae ante त terminationum inserunt इ, et hic sumunt, ubi etiam vocalis rad. convertitur aut converti potest. Quod si vero hoc इ intermedium non usurpatur, regulae orthoepiae inprimis servandae.

Quae nasalem in participio praet. §. 145. seq. abjiciunt, etiam hic amittunt, et alias mutationes in illo ante त usitatas, hic magnam partem subeunt ante त्वा. E. c. धा, fit हित्वा, ष्ठा, स्थित्वा etc.

II. Participium hoc adverbiale formatur etiam subjungendo य, ubi vero radici praepositio adjicienda est, quod interdum fit, quin verbi sensus per eam definiatur.

Generatim ante य non mutatur radix. At a) in vocalem brevem exeuntes inserunt त् ante य, e. c स्मृ, अनुस्मृत्य etc. b) Quae terminantur in ॠ, pro hoc substituunt ईर्, e. c. तॄ trajicere प्रतीर्य्य c) sunt, quae nasalem in fine amittere possunt; ubi, si vocalem brevem obtineant finalem, etiam त् inserunt ante य. E. c. गम् ire, आगम्य vel आगत्य quum advenerat etc. मन् cognoscere प्रमत्य, यम् cohibere, नियत्य; d) quae in diphthongum exeunt, pro ea substituunt आ ut alias. E. c. वे seminare प्रवाय. Sed ह्वे provocare समाहूय (Ramaj. I. 44. 16).

Radices classis X. et causativa verba ad analogiam conjugationis suae post syllabam brevem pro य subjungunt अय्य, e. c. गण् numerare विगणय्य.

III. Eodem praeteriti sensu participium formatur frequentativum adverbiale repetendo vel illud in त्वा terminatum, e. c. कृत्वा कृत्वा, vel etiam subjungendo radici अं, in qua forma repeti solet. Verum radix mutationem congruam ante अं subeat necesse est. Nempe 1) quae in आ terminantur, ante अम् inserunt य्, e. c. ख्या fit ख्यायं ख्यायं 2) quae in vocalem aliam exeunt, incrementum admittunt, quo fit, ut ultima ante अं fiat semivocalis (cf. §. 34. 35). E. c. मृ mori मारं; जि vincere जायं; भू fieri भावं etc. 3) quae in consonantem desinunt cum penultima brevi, hanc, si sit अ, producunt, sin alia, conversioni subjiciunt. At si penultima sit longa, non mutatur. E. c. चिंत् cogitare, (addita nasali) चिंतं: verum मन् cognoscere मानं, बुध् intelligere बोधं, ut सृज् creare सर्जं.

Hoc adverbium etiam semel poni solet, e. c. समूलंघातं eradicari jusso.

Participia futuri activi.

§. 148. In participio futuri I. origine magis et forma quam sensu tempus hoc exprimitur, quod primitus fuit nomen agentis, et diversas alias, licet congruas, significationes sortitum est. Formatur subjungendo terminationem तृ (m. ता, f. त्री, n. तृ) radici, futuro I. praeparatae, cum cujus pers. 3 sing hoc participium in nominativo masc. congruit. E. c. श्रु audire, श्रोतृ auditor, दातृ dator, धा tenere, धातृ possessor, fautor, nutritor, (quod etiam nomen patris, Brahmae, Vishui etc.), in foem. धात्री mater, terra etc.; a षू gignere. सवितृ genitor, sol; in foem. सवित्री mater, vacca etc. क्रम् gradi, cum प्र, प्रक्रन्तृ progressor, cum उप, उपक्रन्तृ inceptor; alias क्रमितृ. Cf. §. 110. 3. §. 131.

§. 149. Participium futuri indefiniti activum vel transitivum est vel intransitivum. Verba pro futuro indef. formata, absque terminationibus hujus temporis, sumunt त(masc. न्, f. ती, n. त्) in f. trans. et मान (m. नः, f. ना, n. नं) in f. intr. E. c. a भू, भविष्यति in participio futuri form. trans. भविष्यत् . a धृ tenere धरिष्यते in part. fut. f. intr. धरिष्यमाणा. Haec f. intr. haud raro etiam passive usurpatur.

Participium futuri passivi et activi.

§. 150. Hoc, quod terminationibus utitur तव्य, अनीय et य, etiam more partic. praet. pass. (§. 144) formatur passivum ex verbis transitivis, activum ex intransitivis. Utroque saepius exprimitur possibile, par, aptum, congruum, necessarium etc. (id quod attributivorum terminationibus -ilis latin., -lich, -bar german.)

1) तव्य verbis subjungitur futuro praeparatis, ac, ubi in illo इ inseritur, et hic subjungendum. Itaque कर्त्ता faciet, fit, कर्त्तव्य faciendum. गम ire, गन्ता, गन्तव्य; भू, भविता, भवितव्य etc.

2) Si अनीय subjicitur verbis, haec conversionem subire debent, करणीय, भवणीय etc.

5) य additur non eodem omnibus modo. Aliae enim radices, cum य sumunt, incremento mutantur, aliae conversione. Nempe:

a) Quae in आ vel diphthongum exeunt, pro iisdem substituunt ए. e. c. दा dare, देय, गै canere, गेय etc. Sic etiam खन् fodere (ex खा) खेय.

b) Quae in इ, ई, उ, ऊ terminantur, conversionem subeunt. E. c. चि colligere, चेय, णी ducere नेय. Terminatio य, si ओ ex उ, ऊ ortum praecedat, vi vocalis orthoepica (§ 34. II 2) ओ diphthongum mutat in अव. E. c. भू भव्य. Pro ओ hic per incrementum ponitur औ (=आव) si necessitas sit designanda e. c. भाव्य quod fieri debet. Etiam sine hac significatione quaedam incremento utuntur. e. c. सु agitare, cum praep. आ, आसाव्य, यु miscere याव्य miscendum.

c) Quae in ऋ, ॠ terminantur, incrementum adhibent. e c. कृ facere, कार्य्य, दॄ scindere, दार्य्य etc. Attamen aliquae inserunt त्, cum vocalem brevem retinent, कृ, कृत्य, भृ cum सं सम्भृत्य vel भार्य्य.

d) Quae in palatalem desinunt, pro hac congruam substituunt gutturalem, ante quam अ mediam producunt, et si haec alia sit, ac अ, eam convertunt, e. c. पच्, पाक्य, रुज् aegrotare रोग्य.

*) वंच् ire, fit वंच्य, at, inclinare वंक्य. Aliquae अ mediam producendo, etiam, ubi necessitatem denotant, palatalem finalem retinent, nempe: पच्, त्यज् relinquere. यज् colere, अच् loqui cum प्र. Unde त्याज्य necessario relinquendum etc.

*) A वच् fit वाच्य dicendum, वाक्य sententia, sermo etc.; a भुज् भोज्य edendum, भोग्य facultas fruendi, opes, युज् jungere, cum praep. नि, नियोज्य adhibendum, at नियोग्यः qui officio aptus, dignus est. Ex भज् distribuere fit भज्य et भाग्य.

e) Quae in labialem exeunt, absque mutatione य sibi subjun-

gere solent, e. c. रम् ludere रम्य. Quaedam अ mediam producunt, aliae vel producunt vel brevem possunt retinere.

*) वद् loqui in composit. fit उद्य e. c. ब्राह्मणोद्य a Brahmana pronuntiandum etc.

f) Quae ऋ in medio habent, id retinere solent, e. c. वृध् crescere, वृध्य. Attamen sunt, quae illud conversioni, aliae quae incremento subjiciunt.

*) Varia sunt nomina, quae in hujus participii forma, partim ad analogiam regularum praecedentium, partim magis per anomaliam ficta, significationem habent peculiarem, inprimis, ubi cum aliis vocabulis componuntur. E. c. a हन् caedere, हत्य unde ब्रह्महत्य Brahmanae caedes, a भू fit ब्रह्मभूयं essentia Brahmi, a भृ nutrire भार्य्या uxor, a सू producere राजसूय sacrificium regium etc.

§. 151. Quando hoc participium fut. sensum obtinet reflexivum (cf. §§. 93. seq.), verbo subjungitur एलिम, e. c. a पच् पचेलिम a se ipso maturandum, a वप् seminare उपेलिमः माषः Masha (planta) a se ipso seminandus; a भिद् findere भिदेलिमाः सललाः longifolia ab ipsis findenda. Si verbum terminetur in अ vel diphthongum, hanc ante एलिम abjicit, si in ऋ, hoc fit र्, si in aliam vocalem, ejudem semivocalis subjicitur, unde इय्, उव् etc.

Notandum.

§ 152. Praeter eum verba sanskrita flectendi modum, quem Cap. VIII — XIII. exposuimus, etiam, ex participiis, quae Capite XIV. tractavimus, ope verborum auxiliarium अस्, भू, कृ, formari potest conjugatio periphrastica, fere ut in lingua latina. Cf. §. 97. Hac etiam temporis rationes suppleri possunt, quae in conjugatione flexibili deficiunt.

CAPUT XV.

VERBA DERIVATA, VERBALIA.

Causativum.

(mediative transitivum, effectivum) cf. §§. 104. 127

§. 153. Formatur subjungendo radicibus इ, quod ante vocalem terminationum auctarum initialem (more classis X. p. 109) fit अय (= ए), et, cum in flexibus secundariis ante त et स terminationum communium इ inseratur, illud अय etiam in his locum habet, si praeteritum indefinitum (de quo infra) et optativum formae trans. excipias. Cum verbum causativum possit esse et reflexivum, ubi actionis effectus ad ipsum redit agentem primarium, etiam in utraque forma transitiva et intr. flectitur. Cf §. 98. seq. In radicibus autem pluribus forma causativa mutationes subit peculiares. Scil.

I. Quae in vocalem exeunt,

1) in आ vel diphthongum, ad evitandum hiatum ante अयं postulant consonantem inserendum, quae प् esse solet, e. c. दा dare दापयामि dandum curo, ग्लै constristari ग्लापयामि contristo etc. Pro प् aliquae sumunt य्, scil. पा bibere, शो, छो, सो, व्ये, ह्वे, वे e. c. पाययामि potum praebeo; etc. At पा servare, sumit ल्, पालयामि servandum curo. वा flare, movere वाजयामि impello, sed वापयामि odoribus imbuo. Illud analogiam radicis वज् movere servat.

2) Quae in aliam vocalem desinunt, eam subjiciunt incremento, ubi hiatus ante अय् causativum jam ex regulis orthoepicis tollitur. E. c. ह्रि movere, ह्रै = ह्राय् ante अय (§. 34. II. 2), ह्राययामि movendi causa sum; श्रु audire, श्रौ = श्राव् ante अय, श्रावयामि; sic कृ facere कारयामि. Quaedam earum pro य्, in अय (= ए) inserunt प् ante अय् caus. Sic ex जि, स्मि, इ (cum praepos.) fit जापयामि vincendi causa sum; ita स्मापयामि, अध्यापयामि. Sunt quae ई rad. convertunt in ए et प् subjiciunt, nempe:

ह्री pudere ह्रेपयामि; ita री, ह्री. Aliae ई retinent, et inserunt nasalem, e. c.* प्री complacere प्रीणयामि compl. causa sum. ली solvere praeter formam regularem habet लाप, si corporum durorum solutio indicatur, sin mollium, लील, vel लीन. भी timere etiam fit भीष, भाय inserit न. ऋ ire, fit अर्प (per conversionem ut ह्री supra ह्रेप). * ex cl. IX p. 108

II. Quae in consonantem desinunt, ubi haec est simplex, penultima si sit अ, producitur; sin vero इ, उ, ऋ penultimae sint, hae conversionem subeunt. E. c. पच् fit पाचयामि, बुध् fit बोधयामि. Ubi vero consonans finalis est composita, vel illam antecedat vocalis natura longa, nihil mutatur.

Excipiuntur radices sequentes.

1) Sunt, quae अ mediam non producunt, quod indicativa म notatur, 2) quae in म् terminantur, vocalem non mutant, si अम्, कम्, चम् excipias, 3) aliquae अ, pro ut libet, producunt; aliae, prout cum praepositione conjunctae sunt, vel non 4) per anomaliam हन् caedere fit घात. रध् venari fit रज, स्फाय tumescere fit स्फाव, रुह् fit रोह् vel रोप, स्फुर् fit स्फोर् vel स्फार. शद् caedere, fit शात, शद् ire autem fit शाद्, दुष् impurum esse, fit दोष vel दूष corrumpere, at दूष vituperare etc.

Causativi praeteritum indefinitum.
Cf. §. 130. p. 123. §§. 129. 108.

§ 153. Praeterito indefinito verborum causativorum proprium quidem, at cum verbis tamen primitivis classis decimae commune est, ut I. radicem modo peculiari mutent, II. cum augmento etiam reduplicationem sumant, III. terminationibus praeteriti 1. auctis utantur, nec इ ante स inserunt.

I. Radicum mutatio.

1) Verbum, quod incipit consonante, et in consonantem desinit, si

ante hanc vocalem habeat longam, eandem corripit, itaque in अ mutat आ, in इ vero ई, ए, ऐ; in उ autem ऊ, ओ, औ. E. c. कृ in f. caus. कारि fit अचीकरत etc.

*) Exc., quae literam ऋ indicativam habent, e. c. ढौकृ ire अडुढौकं. Porro शास् regere. अशशासं, ac चेष्ट् niti अचिचेष्टं. Aliquae longam, prout libet, corripiunt vel retinent.

2) Quae mediam habent ऋ, hanc conversioni subjicere possunt vel retinere, e. c. वृत् vertere, अवीवृतं vel अववर्त्तं.

3) Pars radicum anomala quidem videtur, attamen ad reliquam cujusvis analogiam formatur. E. c. स्वप् dormire forma caus. स्वापि, at in praet. indef. असूषुपं; sic पा bibere अपीप्यं, इ ire cum praepos. अधि fit अध्यायिपं, ष्ठा stare अतिष्ठिपं, घ्रा odorari अजिघ्रिपं, हन् caedere, अजीघतं; जि vincere अजीजपं etc.

II. Reduplicatio.

1) Ubi verba a vocali ordiuntur, reduplicationis syllaba est ipsa radix, post quam ultima ejusdem consonans repetitur inserto इ. E. c. अट् vagari, आटिटं, उन्द् madefacere औदिदं etc.

2) Quae a consonante incipiunt, hanc duplicant ad §. 108. II. At in vocalibus, quae illis subjici debent, verba causativa leges servant, haud prorsus easdem, quae l. c. traditae sunt. Nam hic reduplicationis vocales अ, इ, ई, उ, ऊ usurpantur sequenti ratione:

a) ad redupl. syllabam sumitur अ, si radix in forma causativa finalem habet consonantem compositam, e. c. वृत् vertere, in forma caus. वर्त्ति in praet. indef. अववर्त्तं; v. si आ rad. retinetur e. c. कास् tussire अचकासं

*) Idem अ sumunt स्मृ, स्तृ, दृ, त्वर्, प्रथ्, स्पश्, म्रद्. Verum शास् ad anal. conjug. suae इ subjicere potest.

b) इ vel उ adhibetur, si verbum in f. caus. initialem habet consonantem compositam; mediam autem vocalem f. caus. longam,

in praet. indef. corripiendam, e. c. श्रु audire, f. c. श्राव् pr. ind. अशिश्रवं vel अशुश्रवं.

c) ई vel ऊ, si in f. c. pro initiali habet cons. simplicem, et pro media vocalem in praet. ind. brevem, e. c. रु rugire, in f. c. राव् in pr. ind. अरीरवं, रुह् ascendere अरूरुहं; वृत्, ubi ऋ rad. retinet, अवीवृतं.

d) Radices, quae primitus continent इ, ई, ए vel ऐ, quia in forma causativa mediam obtinent इ, (v. supra) pro redupl. vocali ई sumunt.

e) ई sumunt, quae mediam habent अ vel in f. caus. आ, initialem autem et finalem consonantem simplicem, e. c. पच्, अपीपचं, जाप् f. c. (ex जि v. supra) अजीजपं etc.

f) ई sumunt radices, quae terminantur in vocali quacunque, excepto उ et ऊ. E. c. कृ facere अचीकरं etc.

g) Idem ई redupl. subjiciunt, quae terminantur in उ, ऊ, si antecedant ज्, य, ल, र्, व्, प, फ, ब, म, ubi in f. caus. incrementum adhibetur. E. c. यु miscere अयीयवं, भू, अबीभवं.

h) Si terminantes in उ, ऊ ordiantur a conson. composita, cujus ultima simplex est semivocalis, labialis aut ज्, ad arbitrium इ vel उ sumunt pro vocali red., e. c. च्यु ridere अचिच्यवं vel अचुच्यवं. Huc pertinent et aliae quaedam, e. c. स्फुर्, पुष्प् etc.

i) Pro vocali redupl. उ vel ऊ sumunt a) radices, quae consonantem habent ab initio, in medio autem उ vel ऊ, ओ, औ b) quae in उ vel ऊ desinunt, exceptis iis, de quibus supra.

Ceterum causativa, ut omnia fere verbalia et denominativa flecti possunt per omnes voces, modos, et tempora.

Desiderativum. Cf. §§. 104. 127.

§. 154. Formatur ex verbis transitivis et intransitivis 1) in flexu, cum illis tum his congruo, qui fit 2) terminationibus auctis formae tr. vel intr. 3) ante terminationes inserendum est स्, sibilans, deside-

rativi character, cui ad §. 128. saepius praeponitur इ, unde इष्. 4) desiderativum utitur reduplicat. *), atque in ea semper brevem vocalem adhibet; scil. vel इ, si verbum in forma desiderativa अ aut आ, इ, ई, ऋ, ॠ, ए, ऐ contineat; vel उ adhibet, et nonnunquam इ, si verbum habeat उ vel ऊ, ओ, औ 5) Quae in vocali terminantur, hanc a) ante स inserendum semper producunt; quo fit ई ex इ, ऊ ex उ, at ex ॠ fit ईर् aut post labialem ऊर्; b) ante इष् vero. eandem vel conversioni subjiciunt, vel retinent; 6) quae in diphthongum desinunt, non nisi in forma causativa admittere desiderativam videntur; 7) quae exeunt in consonantem, si स solum subjiciant, vocalem suam retinent; sin इष्, eam convertere possunt; debent autem, ubi vocalis est ऋ vel ॠ.

*) Per omnes modos et tempora.

Harum regularum exempla aliqua subjungimus. ज्ञा scire जिज्ञासामि scire cupio; ष्ठा stare तिष्ठासामि; चि colligere चिचीषामि vel चिचयिषामि, यु miscere युयूषामि, कृ facere चिकीर्षामि, मृ mori मुमूर्षामि, गॄ deglutire जिगरिषामि, तॄ trajicere तितरिषामि, रुच् lucere रुरोचिषामि vel रुरुचिषामि, वृत् vertere विवृत्सामि vel विवर्त्तिषामि.

§. 155. Sunt radices, quarum pars major अ vel आ continent, quae vocalem suam per anomaliam convertunt in इ, atque reduplicationem respuunt. Si radix, quae hoc इ assumsit, in eodem terminetur, स desiderativo praeponit त्. Scil. शक् valere शिक्षामि valere cupio. पत् cadere पित्सामि, लभ् consequi लिप्सामि, रभ् cum आ exordiri, आरिप्सामि, राध् occidere, रित्सामि, आप् adipisci इप्सामि, ऋध् (अर्ध्) crescere, इर्त्सामि, दा dare दित्सामि, sic et मा, धा. At ऋ ire (अर्) अरिरिषामि etc. v. seq.

§. 156. Huc pertinet maxima pars earum, quae vocalem ab initio habent. Enimvero illae, dum eandem in ई convertunt, reduplicationem una sic adhibent, ut pro ea radicem ipsam, (sive illam inversam post radicem.) ponant, ubi ejus consonantem, si aspirata sit, mu-

tant id non aspiratam, atque इष् subjungunt. e. c. अश् edere अशिशिषामि, अञ्ज् ungere अंजिजिषामि, उञ्छ् spicas derelictas legere, उचिच्छिषामि.

§. 157. ह् vel ग् ab initio radicis post reduplicationem in घ् converti solet, post quam vocalis ad verbi primitivi analogiam haud raro mutatur, e c. ग्रह् capere जिघृक्षामि, हि ligare जिघीषामि, हन् caedere, जिघांसामि etc.

*) Quae desinunt in व्, hoc ante स ad reliquam flexus sui analogiam convertere possunt in ऊ, e. c. दिव् ludere, दुद्यूषामि.

*) Ex analogia flexus etiam anomala sunt अद् edere, जिघत्सामि (a घस्), जि vincere जिगीषामि. Anomalum est मन् cognoscere मीमांसे etc.

*) Sunt, quae licet in forma desiderativa, eaque saepius anomala, significat. primitivam servant, vel a desiderativa aliam habent. E. c. aliam habet a गुप् tegere जुगुप्से vitupero, at primitivam servant कित् mederi, dubitare. चिकित्सामि dubito etc., तिज् tolerare तितिक्षे tolero, बध् vituperare बीभत्से vitupero. Sic शान् acuere शीशांसे, दान् amputare, दीदांसे.

§. 158. Desiderativum causativi post अय causat. subjicit इष ,et more desiderativi primi flectitur. Vocalis reduplicationis est इ, ubi radix primitiva continet उ, ऊ, et initialem habet semivocalem aut labialem aut ज्. Ceterum reduplicationi inservit उ. E. c. यु miscere यियावयिषामि miscendi causam esse cupio, पू purificare पिपावयिषामि purificationis caus. esse desidero etc.

Frequentativum (sive intensiv. §§. 104. 127).

§. 159.

I. in forma intransitiva, maxime usitata radices.

1) Terminationes auctas adhibent;

2) inserunt य ante terminationes;

3) Si exeant in consonantem, vocalem suam non mutant; at si in vocali terminentur, mutant a) si eadem sit आ vel diphthongus aut इ, in ई; b) si sit उ, in ऊ; c) si ऋ vel ॠ post consonantem simplicem, in री; d) easdem post consonantem compositam, in अर.

4) Reduplicatio locum habet per omnes vocum, modorum et temporum flexus. Nempe: reduplicationis consonans eadem est, quam regula generalis poscit. At cum vocali radicis, quando haec ad leges praemissas praeparata est, ut vocalis reduplicationis, quae longa esse solet, congruat, modis seq. efficiendum. Scil. A. si radicis prima est consonans, a) ubi in eadem praeparata अ vocalis est, ad reduplicationem adhibetur आ vel अं vel अनी; b) ubi in illa इ vel ई, huic servit ए; c) quando उ vel ऊ, hic ओ; d) ubi ऋ vel ॠ, in red. अरी. B. sin radicis prima sit vocalis, duplicatur radix integra, ac ubi initialis est अ, haec secundo loco producitur.

E. c. पच् maturare पापच्ये; पद् ire पनीपद्ये, विद् scire वेविद्ये, तुद् vexare तोतुद्ये, नृत् saltare नरीनृत्ये, दा dare देदीये, गै canere जेगीये, चि colligere चेचीये, भू fieri बोभूये, कृ facere चक्रीये, स्मृ recordari सास्मर्य्ये; अश् edere अशाश्ये; ऋ ire अरार्य्ये.

§. 159. अं ad reduplicationem sumunt,

1) quae vocalem अ continent, et in nasalem exeunt, e. c. गम् ire जंगम्ये. At vel अं vel आ sumunt quaedam, ut जन्, खन्, हन्, घन् (ire), unde जंजन्ये vel जाजाये frequenter produco, जंघ्नीये vel जंघन्ये frequenter caedo. Ad analogiam flexus reliqui.

2) Et quaedam aliae, e. c. दह् urere, पश् ligare, जप् murmurare etc.; aliquae ad arbitrium.

Exceptiones ex analogia flexuum verbi cujusvis consequuntur.

II. In forma transitiva.

1) Reduplicatio eadem est ac in f. intr.

2) Terminationes subjunguntur communes.

3) In formis flexus mutandis (§. 103) inseri potest ई ante term. At य formae intr. hic locum non habet.

Leges speciales.

§. 150.

1) Quae in आ terminantur, vel in diphthongum, quam hic in आ convertere debent, idem आ mutant in ई, ubi alias in flexibus primis est forma non mutanda (cf §. 103.), quando terminationum initialis est त, थ, व, म, et ante imperativi termin. हि. Ante य initialem terminationum etiam ई inserere possunt. E. c. हा derelinquere, in praes. जाहामि vel जाहेमि (अ+ई=ए. cf. §. 4. II) frequenter derelinquo, जाहीमः freq. derelinquimus etc.; in conjunct. जाहायां vel जाहियां.

*) दा et धा solum ante हि imper. आ mutant in ई. घ्रा odorari, ध्मा flare mutantur in जेघ्री, देध्मी et flectuntur ut ad quae in ई terminantur.

2) Quae in इ, ई, has in f. mutanda convertunt in ए. Ceterum regulas servant orthoep. E. c. ली solvere लेलेमि v. लेलयीमि frequenter solvo, लेलीमः pl. fr. solvimus, लेल्यति fr. solvunt etc. Exc. ह्री ante vocalem termin. ई mutat in इय्; श्वि flectitur vel ut शोश्वि more praec. ह्री, vel ut शोशु instar desinentium in उ.

3) Quae in उ, ऊ, has in f. mutanda in ओ convertunt; ceterum ante vocalem termin. initialem in उव्. E. c. बोभोमि frequenter fio, बोभूमः plur. fr. fimus, बोभुवति fr. fiunt.

4) Quae in ऋ, ॠ, in f. mutanda easdem in अर् convertunt, et pro reduplicatione sumunt अरी, अरि, अर्, e. c. कृ facere चरीकर्म्मि vel चरीकरीमि freq. facio, चरीकृमः fr. facimus, चरीक्रति fr. faciunt etc.

*) ऋ ire fit अर्ऋ vel अरियृ, in praes sing. 1 अरर्म्मि vel अररीमि, sive अरियर्म्मि vel अरियरीमि freq. eo; plur. अर्ऋमः vel अरियृमः fr. imus, आरति (अर्+रति §. 36. X. *) fr. eunt etc.

5) Quae in consonantem exeunt, non mutant vocalem, si अ vel आ sit, aut alia natura vel positione longa (§§. 20. 13); verum si इ,

उ, ऋ. ante consonantem simplicem, vel easdem in forma mutanda conversioni subjiciunt, vel, ubi radicalem brevem retinent, ante terminationes ई inserunt. E. c. भिद् dividere बेभेद्मि vel बेभिदीमि frequenter divido.

*) Quae in व् terminantur, id ante mutam vel sonantem convertunt in उ, e. c. दिव् fit देद्यु; in praes. sing. 1. देद्योमि vel देदिवीमि, in du. 3 देद्युतः etc.

Ratio verbi flectendi per genera, voces, modos et tempora atque etiam per formas derivativas non a regulis solum definitur cujusvis formae ac flexus, sed a natura quoque verbi, quam ex statu primitivo, etiam per omnes formas derivatas, constantem, saepe praevalentem demonstrat. Exempla ex dictis colligenda.

CAPUT XVI.

VERBA DERIVATA DENOMINATIVA.

(Cf. § 104. II.)

§. 160. Conceptus finguntur in verbi motionem et vitam, in tempora, modos, voces et genera verbi atque etiam in formas ejusdem derivatas, non linguae radicibus solum sed ex nominibus etiam substantiae vel attributi diversis, quibus, iidem ex primitivis varia ratione jam sunt praefiniti.

Conceptus enim, ad quos designandos in aliis linguis peculiaria requiruntur vocabula, hic uno verbo exprimi possunt, atque etiam in lingua conjuncti enuntiari, qui in mente uniti sunt. Nam quodvis nomen, sive substantivum illud sit, sive attributivum, (quin ipsa nonnunquam praepositio) verbi terminati. admittit, quo in verbum transit derivatum, denominativum, cujus sensus diversus atque usus latissime patet. Eodem indicari potest sive ratio recipiendi adsumendique qualitatem aut rem, quae nomine notantur; sive earundem

cognitio aut fruitio; productio aut effectio; intensio aut frequentia; etiam illas producendi aut accipiendi desiderium, affectatio quoque et simulatio; contemtus porro ac deminutio earundem. Unde in sanskrito denominativa effectiva atque causativa, meditativa et desiderativa, imitativa sive simulativa, inchoativa vel deminutiva. Pro sensu autem diverso nomina ante terminationes verbales diversas inserunt literas ac syllabas.

§. 161. Regulae quaedam generales sunt: 1) nomina in forma rudi terminationes sumunt auctas, 2) ante स् et त् terminationum inserunt इ; 3) praeteritum remotum ut omnium derivatorum formatur periphrastice, addendo आं et auxiliaria. Ceterum magnam partem servant leges causativorum. Regulae autem speciales sunt seqq.

§: 162. I. Desiderium et amor in illud, quod nomen significat, indicatur

1) addendo nomini ante terminationes vocem काम्य्, (a कम् cupere, amare in forma caus. कामि) inprimis ad desiderativa reflexiva formanda, e. c. a पुत्र puer, filius, fit पुत्रकाम्यति filium suum amat, desiderat.

*) In nominibus, quae indeclinabilia sunt, vel in म् terminantur, sensus desiderii vel amoris addito solum काम्य् exprimitur, e. c. स्व:काम्यति coelum desiderat.

2) Subjungendo य्, quo vel idem sensus vel alius haud raro designatur. Neque य् nominibus omnibus eodem additur effectu, quippe quorum finales ante य् saepius diverse mutantur, quo et verbi sensus frequenter alius exsurgit. Scil. a) quae terminantur in अ, आ, has literas mutare solent in ई, e. c. गृह domus गृहीयति domum amat; b) quae in अन्, hoc ante ई ejiciunt; c) in fine nominum इ et उ producuntur, ऋ literae subjicitur ई, quo ऋ convertitur in consonantem र्, unde री. Post ओ, औ sequens य् vim vocalis habet. E. c. मातृ mater मात्रीयति, नौ cymba नाव्यति; d) alia nomina literam ई admittunt, ubi indicandus

est rei, quae illis notatur, amor aut voluptas, quam quis ex ejus possessione aut fruitione percipit; at ubi desiderium rei nondum possessae exprimendum, vel अ finalis producitur, vel alia adhibetur litera. E. c ex धन opes धनीयति divitiis delectatur, धनायति divitias desiderat. Sic ex उदक aqua उदकीयति aquâ delectatur उदन्यति (क converso in न) aquam sitit; अशन cibus अशनीयति cibis delectatur (heluo), अशनायति esurit; e) nominum ultima य ante illud य eliditur; f) in flexibus denominativi secundariis (§. 103) idem य omitti potest; neque necessario subjungitur quibusdam vocabulis in forma transitiva, e. c. सम्पत् opes सम्पतिता et सम्पत्यिता opes desiderabit; g) quaedam ad majorem desiderii vim aut sexus instinctum indicandum, ante य denominativi sumunt स, quod etiam ubi ex lege orthoep. in ष mutandum esset, hic non mutatur. E. c. लवण sal, उष्ट्रोलवणस्यति camelus salis cupidus est; a मधु mel, क्षिर lac मधुस्यति etc.; ab अश्व equus अश्वस्यति equa equum cupit. Si vero aliud desiderium consequendi equum notatur, adhibendum est ई, sic अश्वीयति.

II. Ad exprimendam similitudinem, imitationem, affectationem ejus, quod nomine denotatur, pro sensu diverso formae transitivae vel intransitivae terminationes adhibentur. Ante has autem vel 1) ई cum य sive ईय inseri oportet, e. c. a प्रासाद palatium प्रासादीयति कुट्यां in casa habitantem agit in palatio, a कुटि casa, कुटीयति प्रासादे in palatio servat morem habitantis in tugurio; a शिव Śiva तं शिवीयति eum ut Śivam colit; a चित्र mirum चित्रीयति stupefacit miraculi instar, 2) vel vocalis ultima tantummodo, ubi ई non ponitur ante य, producitur, e. c. a विष्णु Vishnu विष्णूयति se Vishńum simulat etc., 3) vel in f. trans. ultima nominis litera et य omitti possunt, e. c. कृष्ण Krishńa कृष्णाति se Krishńam simulat. Verum in f. intrans. finalis अ producitur, eique य additur, e. c. पंडित philosophus पंडितायते philosophum agit.

In imitativis nominum स् finale omitti potest, at debet elidi in अप्सरस् nympha coeli et ओजस् virtus; retineri debet in नमस्, तपस्, वरिवस् E. c. नमस्यति salutat. Nomina quaedam solum intransitivam formam admittunt, e. c. गल्भ aptus, क्लीव hermaphrodita, होड sponsio mutua.

III. Ubi indicanda ratio recipiendi adsumendique qualitatem aut rem, quae nominibus notantur, in f. intrans. ante य omittenda sunt त् et स्, si occurrunt in fine nominum, quorum classis definita incipit a भृश violentus, nimius; at in f. trans. etiam य respuunt. E. c. भृशायते, भृशति; a मनस् mens, उत्मनस् alta mens, उत्मनायते, उत्मनति mentem altam assumit.

IV. Si denotandum sit, aliquid fieri vel producere, quod exprimunt nomina classis, cujus primum in indice est लोहित, य in utraque forma adhiberi potest, e. c. लोहितायति, vel —तायते, vel —तति rubefacit vel rubescit; a धर्म virtus धर्मायति vel धर्मति virtutem producit. At nomina ex classe, in qua primum est शब्द, etiam य in f. intrans. solum admittunt, e. c. वैर inimicitia, वैरायते inimicitiam excitat.

V. Ex nominibus classium, quarum primum est सुख voluptas et कण्डू scabies, fiunt verba, quae exprimunt effectionem, sensum, passionem, experientiam ejus, quod nomen quodvis indicat.

VI. Ex omni fere nomine fingi potest verbum ad designandam effectionem, declarationem vel nuncupationem, aliumve conceptum addititium ejus, quod nomine enuntiatur, e. c. ab ईश dominus fit ईशयति dominum vel deum declarat aut facit; a पाश funis पाशयति fune ligat etc.

VII. Pars attributivorum in denominativis majorem subire debet mutationem. Ubi compar. gradus formantur per substituta (cf §. 39), haec etiam pro denominativis usurpantur. Quae vero monosyllaba terminantur in अ, subjungunt आप (obtinere, habere) ante terminationes, e. c. स्व proprium स्वापयति proprium quid facit, declarat;

प्र pro प्रिय acceptus प्रापयति acceptum facit, adpellat. Quo etiam pertinent quaedam plurisyllaba, e. c. अर्थ sensus, अर्थापयति sensum suum dicit; सत्य verum सत्यापयति verum dicit etc. Aliqua composita, quorum pars posterior orta est ex अञ्च् e. c. प्राक् oriens (cf. p. 42. d) pro क् finali substituunt च्, itaque प्राचयति orientale facit, declarat.

§. 163. Denominativa insuper formas admittere possunt derivatas verbales, ac frequentativa fieri et desiderativa. In his formandis reduplicationi quaevis formae denominativae litera inservire potest. E. c. a पुत्र fit पुत्रीय् (v. supra), et inde sive पुपुत्रीयिषति filium amare vult, ubi prima duplicatur, vel पुतित्रीयिषति ubi secunda vel पुत्रीयियिषति, ubi tertia etc Exempla aliqua denominativorum cum praepos. addimus. Scil. हस्तिन् elephas cum praepos. अति fit अतिहस्तयति ope elephanti superat; सेना exercitus, अभिषेनयति exercitum ducit; श्लोक versus उपश्लोकयति versibus celebrat; वीणा instrumentum musicum, उपवीणायति ad vinam canit etc. (Cf. §. 107). Indicem verborum anomalorum, quorum formas explicavimus, ex praemissis tiro facile sibi conficiet, quippe quo hic supersedendum putamus.

CAPUT XVII.

INDECLINABILIA

अव्यय (inflexibilia).

§. 164. Haec nec numerum notant nec casum, nec tempus, nec personam, neque aliis orationis partibus ea mutantur, licet ipsa easdem mutare possint. In eorundem indicibus, qui omnibus fere Hindorum lexicis subjecti sunt, aptota (p. 64. 8. 9) numerantur et particulae निपात, formulae insertae, in quibus praepositiones (cf. §. 94. 95.) et conjunctiones sunt, atque adverbia क्रियाविशे

षणा actionis distinctiva (verbi attributiva), quibus actio potissimum definitur, ratione modi, temporis, loci, ordinis, quantitatis etc.

*) Cf. §§. 40. 84. 87. et Siddhântam Kaumudem ed. Calc. fol. 29. a. ac lexica sub tit. अव्यय post nomina declinabilia.

§. 165. Aptotis adnumerantur varia substantiva et attributiva in casibus diversis (inprimis casu 2. sing. neutr.) et cum diversis terminationibus formativis, e. c. वत्, ut राजवत् modo regio; porro infinitivus, et participia indeclinabilia (§§. 136. 147.), quin verba in variis flexibus, praecipue in praesenti sing. pers. 3, cum significationem obtinent aliam, quam earundem forma in constructione denotat, e. c. विद्यते existentia, नवर्त्तते infausto etc. Inter illa sunt, quae adverbiis sive particulis rectius adscribuntur, quippe quod neque inhaerendi neque dependendi rationem habeant usitatam, magis vero naturam vocabulorum absolute positorum.

Adverbium.

§. 166. Ex quavis orationis parte adverbia formantur. Forma adverbialis, saepe cum ea, quae rudis nominum est, haud raro cum illa casus objectivi (praedicati) in singulari neutro congruit, interdum cum instrumentali (modi) locativo ac ablativo casibus. Cf. §§. 40. 84. 87. Praeterea fiunt sequentibus potissimum modis, in quibus magna est cum flexibus analogia.

1) Conjugatio verborum denominativorum instar primitivorum fit nomina non flectendo solum, ut supra diximus, sed etiam eo, quod nominibus, postquam haec in fine fere similem ac flectendo subierunt mutationem, verba subjiciantur auxiliaria, cf. §. 152. Quo periphrastice indicatur, aliquid fieri vel esse vel facere id, quod nomina designant. Mutationes autem, quibus nomina hoc sensu adverbii formam sumunt, sequentes sunt. a) Finales अ, आ, इ mutant in ई, b) उ in ऊ, c) ऋ in री, d) ante has varia, quae in स् terminantur, hoc abjiciunt. E. c. a नील

caeruleus. नीली करोमि caeruleum – leos etc. facio; शुचि purus शुचीभवति purus fit; मातृ mater मात्री भवति mater fit; सुमनस् qui mentis bonae est सुमनीभवति talis fit.

2) Ut indicetur quid penitus conversum, vel subjectum, ejusdem nomini additur terminatio सात् cum auxiliari, e. c. अकरोद्गृहम्भस्मसात् domum in cinerem vertit; भवति शिवसात् Sivae subjectus fit.

3) त्रा terminatione notatur quoque subjectum, traditum, deditum, e. c. द्विजत्राधनंकरोति opes Brahmanae tradit. Praeter casum 4. etiam 2 et 7mus designantur per त्रा si subjungatur vocibus देव, पुरुष, मनुष्य homo, मर्त्य mortalis, बहु multum. E. c. पुरुषत्रा वन्दे hominem saluto, बहुत्रा रमते in multis laetatur.

4) आ cum verbo auxiliari, subjungitur a) plurisyllabis, quibus sonus indicatur, b) quibus modus agri arandi exprimitur. Cf. §. 84. 3, c) vocabulis समय tempus, शूल hasta, सपत्र sagitta pennata, निष्पत्र sag. non pennata; सत्य verum, भद्र, मद्र felix, निष्कुल absque familia, सुख voluptas, दुःख dolor, प्रिय deliciae, e. c. सुखाकरोतिजनं hominibus voluptatem creat etc.

5) Adverbia distantiae fiunt nominibus subjungendo आ v. आहि e. c. दक्षिणा vel-णाहि in longingua meridie.

6) तस् nominibus subjungitur in sensu ablativi, et saepe aliorum casuum, e. c. धर्मतः ex justitia, आदितः a principio, सर्वतः undequaque etc. तस् etiam subjicitur pronominibus decurtatis (cf. p. 67), e. c. ततः, इतः, अतः inde, यतः unde, कुतः unde? etc.

7) Adverbia in sensu ablativi vel locativi vel casus absoluti etiam finguntur adjiciendo nominibus स्तात्, e. c. अधस्तात् ex infero etc. Idem saepe fit addita terminatione ablativi आत् vel स्मात् pronominum etc.

8) Alia temporis et loci adverbia formantur, ubi nominibus subjicitur एन terminatio casus instrum. ac modi; e. c. पुर्व्वेण quondam, चिरेण diu etc.

9) त्र subjungendo pronominibus et pronominalibus, adverbia loci, quae casui 7 respondent, efficiuntur, e. c. तत्र ibi, यत्र ubi, कुत्र ubi? एकत्र in uno loco, alicubi सर्वत्र ubique etc,

10) दा adjecto fiunt adverbia temporis, e. c. तदा tunc, यदा quando, कदा quando? एकदा aliquando etc.

11) Ubi था subjungitur, formantur adverbia modi et rationis, e. c. तथा hoc modo, यथा quomodo, अन्यथा alio modo etc. At किम् et इदं sumunt थं pro था, unde कथं quomodo? इत्थं hoc modo. Modus et ratio etiam loco casus instrum. exprimuntur subjungendo nominibus terminationem वत्, ut supra §. 165.

12) Pronomen किम् et omnia ejusdem derivata in quovis casu sensum indefinitum nanciscuntur, si illis subjiciatur चित् v. चन e. c. a कः quis fit कश्चित्, कश्चन quidam, aliquis, केनचित्, per aliquem, कदाचित् aliquando, a क्व ubi fit क्वचित् alicubi etc.

Cetera ex Lexicis addiscenda sunt.

Conjunctio. Cf. §. 50.

§. 167. Cum casuum ac praepositionum conceptibus et illos conjunctionum cum primitivarum tum derivativarum congruere necesse est. Itaque sunt

1) quae ut casus instrum. indicant modum, comparationem, conjunctionem, variamque relationem, unde copulativae ac contractivae, comparativae, e. c. च et, यथा, तथा sicut, quomodo, ita, एव etiam, इव instar, एवं sic, aeque, अपि etiam, यावत् quatenus, तावत् eatenus, तत्र eo, यत्र quo, येन quo; adversativa तु, किंतु, at, sed, autem, नतु at non etc.

2) quae instar casus 4 indicant finem, directionem, unde conjunctiones finales, यत् quo, ut, यत्र quo, तत्र ad hoc etc.

3) Quae casus 5. more causam denotant, unde causales, हि enim, हेतौ, अर्थे causa, यत्, येन quia, quum, quoniam, तत्, तेन inde, तस्मात् hinc, यदा quando, तदा dum, यतः ex quo, ततः ideo etc.

4) Quae instar casus septimi conditionem designant, itaque conditionales, concessivae, disjunctivae, यदि, चेत् si, अपि quamvis, quidem, वा vel, sive, aut, अथ tunc, यत्र ubi, तत्र ibi, यद्यपि etsi, quamvis. His conjunctionum conceptibus plurimae reliquae facile adsumi possunt, e. c. ordinativae etc. At vero notandum, casuum conceptus ipsos varia cognationis ratione ad se invicem accedere (e. c. casum intrum. ad casum causae) et in se diversimode mutari, unumque saepe pro altero esse posse, proinde conjunctionum minorem saepe vel aliam cum illis fieri congruentiam. Ubi autem conjunctiones in sententia non ita necessario inhaerent, ut absque illis integra non foret; non conjunctionibus amplius, sed adverbiis, magis absolute positis, adnumerandae sunt.

Interjectio §. 37.

§. 168. Ad sonos sensu naturali expressos accedunt et alia vocabula, nomina, verba etc., quae loco interjectionum usurpantur. Praecipuae sunt vocantis ह, हे, हंहो, हेहै, होहो, भोः, प्याट्, पाट्; venerantis पाट्, प्याट्, अङ्ग, हे, है, हो, भो, अग्रे, अहोवत, उ, ए, ओ, attentionem excitantis ननु, नाम, पश्य, वत mirantis अहह, ही, अहो, हा, हाहो, कथं, gaudentis अय, ह ; ridentis हिहि ; blandientis आये; assentientis सुष्ठु, अह, अयि; se colligentis अये, हुं; salutantis स्वस्ति ; sedantis नूंचिस् ; impediti हं ; accelerantis हन्त, अहाय ; dubitantis न्वै, त्वै, उ, है ; dolentis उ, इ, ई, हन्त, हाहा, अहह, वत; irascentis हा, उ, इ, ई, हं, उं; reprobantis ह, अह; contemnentis [illegible], आः, रे, रे, अरे; maledicentis धिक्; affirmantis अवश्यं, सत्यं, वै, अद्धा; offerentis वषट् वौषट् ; off. manibus स्वधा, off. diis स्वाहा etc.

Harum vero interjectionum variae respondent sensibus diversis, haud raro oppositis, e. c. हन्त dolori et gaudio etc.

*) Quaedam particulae interdum nonnisi expletivae accipiuntur.

CAPUT XVIII.

ETYMOLOGIA.

§. 169. Verbum actionis, quomodo ex radicibus in variis flexibus, etiam in participiis formetur, porro nominis et adverbii etc. formas derivavimus. Quae sit originatio primitivorum pronominum, numeralium, praepositionum etiam atque conjunctionum, sive ad quas haec vocabula radices sint referenda, legibus eruendum putamus lexigraphicis magis ac philosophico-euphonicis, quas paucis quidem adtigimus, amplius vero in hoc opere non tractandum putamus. Inflexibilium autem derivatio, quae magnam partem cum vocabulorum flectendorum ratione congruit, partim ex praemissis quoque patet, partim ex sequentibus.

Superest enim derivare ex ipsis radicibus nomina cum substantiva tum attributiva, non solum radicalia et verbalia, sed etiam, quae ex jam derivatis sunt, denominativa. Nomina enim diversae significationis formantur in sanskrito primum ex ipsis linguae radicibus, radicalia; deinde ex verbi formis, quas in conjugatione adsumit, e. c. ex causativis, desiderativis, verbalia; tum ex aliis nominibus, denominativa.

*) Etymologia in grammatica sanskrita insignem locum obtinet, quippe quae jam in operibus veterum Indiae grammaticorum, lexicographorum et scholiastarum non minus firmo superstructa est fundamento. Cf §§. 35. 37. seqq. 51. 52. 96. 137. Verum enimvero, quamvis illi in singulis haud raro a se recedant, atque in eadem voce saepius ana-

lysin variam una admittant, in regulis tamen et maxima vocabulorum parte derivanda fere conveniunt, ubi et radix, et ipsa etiam syllaba formativa, hujusque ad originem mutandam vis plurimis solet una esse eademque.

Nomina radicalia et verbalia.

§. 170. Quae ex radicibus et verbis derivantur in originaria potissimum sunt ad agentem et actionem ratione. In iisdem exprimuntur cum primitivae rationes (casus 1 et 2 §§. 48. 49), tum illae, quibus et casus reliqui respondent. Nominum enim derivatio cum ipsa flexione eorundem, sive utrumque cum conceptibus originariis congruit.

Literas afformativas, ubi hae subjici solent, adsumendo, radix ad leges definitas conversionem haud raro subit aut incrementum. Haec autem radicis mutatio aliquando etiam sine illis locum habet.

Itaque I. vel ideae, quae radice notatur, simplicis indefinita ac universalis conditio exprimenda est, absque ulla ad actionem ratione, definita भाववाच्य (cf. §§. 100 41. 106), ad quod e. c. formativa ति (ut in pers. 3 sing.) et अन (cf. pers. 3 plur.) usurpantur, e. c. बुध् scire बुद्धि foem. scientia (cf. pag. 28. 3.); सृज् creare सृष्टि creatio (cf. pag. 27. XXI. p. 23 V.); कृ facere, करण neutr. factio (cf. §. 35. p. 24. VIII) etc.

II. Vel nomine indicanda est, amplius definita, ad auctorem actionemque ratio कारकवाच्य (§. 40). quae diversa, ut casibus diversis exprimitur, ita etiam nominibus notatur congruis. Ac 1) quidem nominativo vel subjecto, agenti respondent nomina agentis 2) casui objectivo nomina attributivi sive praedicati, et quae passivae significationis sunt etc., 3) instrumentali nomina instrumenti et medi, e. c. quae त्र vel इत्र subjecto et cum conversione formantur ut वच् loqui वक्त्र os, नी ducere नेत्र oculus etc., 4) dativo nomina finis, et

quae indicant id, ad quod quid dirigitur, cui tribuitur, e. c. दास cui datur, servus, Brahmańa etc.; 5) ablativo ea causae et quae notant, unde quid demitur, venit, oritur, petitur etc.; 6) locativo nomina aequalitatis et quae designant, in quo vel supra quod quid est, collocatur, moratur etc.

*) Huc accedunt nomina, quibus, praepositionum aliarumque orationis partium more, sensus ulterius definitur, in quibus et denominativa, unde collectiva, amplificativa, patronymica, gentilia etc.

*) Eadem in lexicis non solum inveniuntur ad ordinem alphabeti dispersa, sed etiam collecta classibus in grammaticis ex vario ordine afformativorum, quibuscum literae indicativae conjunctae sunt, quae aut nominum incrementum, aut conversionem, aut finales mutandas, aut ejiciendas, nasalem inserendam aliasve mutationes designant. Quae qui fiant, in plurimis radicibus ac nominibus, grammatici definierunt. Cf. Siddh. Kaumud. fol. 181. seqq. Nec enim omnia ejusdem sensus vocabula iisdem afformativis fingi possunt, nec omnia afformativa omnibus vocibus eodemve effectu subjici. Quaedam quidem afformativa ita comparata sunt, ut quodvis eorum, dum certis vocabulis subjungitur, eundem ubique conceptum generare soleat; plura tamen, quae licet eadem, sensum tamen efficiant in variis valde diversum.

Quo fit, ut derivationes nominum, quae afformativis efficiuntur, duplici modo ordinari possint; vel ad seriem conceptuum, quorum nomina diversas terminationes admittunt, vel ad eam afformativorum, quae, quamvis eadem, variis tamen nominibus conceptuum diversorum subjiciuntur. Nos utrumque modum hic conjungendo primum tractamus nomina radicalia et verbalia agentis, deinde ad reliqua procedimus.

1) Nomina agentis ac possidentis formantur a) addito अक, mag-

nam partem cum incremento vocalis rad., e. c. कृ facere कारक factor, aliae radices cum conversione, e. c. नृत् saltare नर्त्तक saltator, लू secare लवक sector; quaedam sine mutatione; b) अ addito radicibus, ubi penultima non est अ vel आ, e. c. भिद् dividere, भिदः divisor. Pars harum conversionem subit, e. c. दिव् ludere देवः lusor, स्मृ recordari स्मरः recordans; हृ capere हरः captor, raptor; pars incrementum, e. c. व्यध् venari, व्याधः venator. षो perdere cum praep. अव fit अवसायः perditor; pars aliam ante अ subit mutationem, inprimis in compositione scil. हन्, जन्, गम्, चर्, quae ultimam una cum अ radicis abjiciunt. Quae desinunt in आ vel diphthongum, has amittunt, quibus adnumeratur शी, quod ई suum abjicit, e. c. a नग mons et जन् fit नगजः in monte natus; a द्वि bis et पा bibere, fit द्विप bis bibens, elephas etc. Saepe etiam आ finale manet, cf. p. 52. Sunt radices, quae in forma, quam adsumunt in quibusdam conjugationis flexibus primitivis, hoc अ adcipiunt, ut agentem designent vel auctorem actionis aut cupidum agendi, e. c. a हन् caedere et गो fit गोघ्नः bovem caedens (cf. pag 101. d); a चित् cogitare चेतयः qui causa cogitandi est. c) Aliae sibi nihil subjiciunt, at vocalem incremento producunt, e. c. भज्, वह्, सह् etc. d) Pars vocalem non mutat; verum si eadem finalis sit brevis, vel talis, ubi ultima consonans rejicitur, fiat त् subjungit, e. c. कृ fit कृत in compos. faciens; जि vincere जित्, सृज् creare, सृक् creans; यम्, मन्, तन्, गम्, ultima litera rejecta, त् sumunt; itaque in compos. गत् vadens, — मत् cogitans e) Quaedam, quae in vocalem exeunt, et penultimam habent semivocalem, omissa illa hanc in vocalem suam solvunt, e. c. ह्वे provocare — हू provocans; ध्यै intelligere, धीः intellectus. f) Sunt, quae, quum व solvunt in ऊ, etiam vocalem antecedentem rejiciunt, ut स्रिव् ire, — स्रू, अव् servare etc. — ऊः. (e. c. जनौ homines servans), मव् ligare, मूः. Ubi र् ante कु vel व aut in fine radicum,

rejicitur, e. c ज्वर् aegrotare -जूः; त्वर् festinare तूः, धुर्व् laedere धूः. At दिव् fit -द्युत्, contra यज् colere य mutat in इ, unde इज्. g) Quaedam, quum nasalem finalem rejiciunt, अ in fine producunt, scil. क्रम्, गम्, खन्, सन्, जन् unde -क्रा, -गा etc..

*) शास् fit -शी in compos.

h) Ex aliis nomina propensi, habilis, possidentis formantur subjecto इन् (m. ई, f. इनी, n. इ). e. c. a ग्रह्, ग्रहिन् capiens etc. i) अन subjuncto fiunt nomina efficientis etiam ex forma causativa, m f. n., e. c. a नन्द् gaudere, नन्दयन exhilarans etc. k) Quaedam इ assumunt cum conversione vocalis suae, e. c. a कृ, हृ, ग्रह्, आप्, unde — आपिः obtinens etc. l) Quibusdam in forma frequentativa vel intensiva intr. subjicitur इ e. c. a पत् cadere पापतिः frequenter cadens, aliis, quae in आ, ऋ, ॠ terminantur, quod ante इ abjicitur, e. c. कृ fit चक्रि efficax. जन् producere जज्ञि producens, prolificus. m) Causativis etiam subjicitur अन्त, e. c. a नन्द् gaudere, नन्दयन्त qui exhilarat; aliis इत्नु, a दुष् pollutum esse दूषयित्नु corrumpens, polluens.

2) Nomina, quae indicant agendi peritum aut parem, habilem, aptum, propensum, inclinatum, consuetum etc., fiunt etiam variis radicibus adjiciendo diversa afformativa, a) ष्णु vel स्नु, ante quae aliquando conversio adhibetur, et diphthongi finales in आ mutantur, e. c. ग्लै lugere, ग्लास्नु contristans, क्षि perdere, क्षेष्णु perdendo aptus: in forma causativa verbis additur इष्णु, b) aliis subjungitur नु absque mutatione vocalis, ut भा lucere, भानु (per naturam) lucens, sol; क्षिप् jacere, क्षिप्नु jaciendo par, c) aliis cum incremento उक, quo et desiderativa fiunt, e. c. गम् ire, गामुक propensus ad eundum, a हन् fit घातुक prop. ad caedendum etc. d) Aliis आक, aliis, verbalibus, आलु, aliis रु, etiam आरु quibusdam, aliis मर vel र, नज, आप्य, उर, ऊक vel वर, ante quod si finalis sit vocalis brevis, त् inserendum est,

e. c. ab इ movere इत्वर movens etc. e) Verbis in forma desiderativa quoque उ additur, e. c. आप् obtinere, इप्सु obtinendi cupidus.

3) Nomina abstracta fiunt a) masculina subjecto अ, ubi vocalis rad. plerumque incrementum subit, et palatalis finalis in gutturalem mutatur, e. c. a चि colligere, चाय masc. collectio; a भज् partiri, भाग masc. partitio; इ ire, cum praep. अधि supra, अध्याय lectio. Saepius etiam pro incremento vocalis rad. solum est conversio, e. c. ली solvere, लय solutio, स्तु laudare, स्तव laus.

*) Ab his recedunt alia in sensu, alia in forma, e. c. पद् ire, पाद: pes, a चि, काय: corpus, आकाय: collectio, निकाय: habitatio. Quaedam nasalem radicis abjiciunt, ut इन्ध (इध) accendere, एध fomes; उन्द् madefacere cum praep. अव fit अवोद: corruptio; श्रन्थ liberare, श्रथ liberatio.

b) Abstracta actionis neutrius gen., vel agentis m. f. n. ex omni fere radice subjecto अन (ut supra) cum conversione; e. c. दा dare, दानं donum; स्था stare, स्थानं status; पच maturare, पचनं maturitas, षिव seminare, सेवनं seminatio, दुष, दोषा etc. Quae a स्त vel स्थ ordiuntur, si praepos. उत् addatur, स abjiciunt, e. c. a ष्ठा stare उत्थान adscensio etc. (Cf. §. 36. XII. V.)

*) Si haec ut nomina agentis m. f. n. generis accipiuntur, foem. quandoque per ई formant, ut युध dimicare, योधन: — नी — न dimicans.

c) Abstracta actionis etiam finguntur foeminina per अना; porro cum अनि subjecto, ubi अ privativum nomini praefigitur, denique in quaestione cum इ subjuncto; at masculina etiam quaedam cum न et aliqua cum अथु e. c. आस् sedere. आसना sedes; विद् scire वेदना scientia etc.; जीव् vivere अजीवनि:

perditio (maledicendo); काकारि quod opus? यज् colere. यज्ञः cultus, sacrificium, स्वप् dormire स्वप्नः somnus etc. वेप् concutere. वेपथुः. d) Abstracta foem. plurima per ति ut supra, sic a भू fieri भूति nativitas etc.. कृ facere, कृति opus, नी ducere, नीति ethice etc.

*) Paucae ante ति mutantur. Sunt, quae pro त् in ति (ut in partic. praet. pass. (§. 145) न् sumunt, e. c. हा derelinguere, हानि derelictio. Huc pertinent ex classe IX. conjugationis quaedam. (Cf. §. 123).

e) Magna abstractorum pars generis foem. etiam fingitur cum formativo आ scil. α) ex verbis derivat. desiderativis, frequentativis, causativis, e. c. a दृश् videre दिदृक्षा videndi desiderium, कृ facere चिकीर्षा faciendi cupido, अट् ire, peregrinari, अटाट्या frequens itio, भी timere भीषा territio. β) Ex radice prosodice longa, quae in conjugatione इ ante त् non sumit (§. 128), e. c. ईह् niti ईहा nisus, studium. γ) Ex quibusdam radicibus in आ, ubi cum praepos. aut aliis vocabulis componuntur, e. c. cum अन्तर् inter, intra. श्रत् fides, reverentia. धा tenere, fit अन्तर्द्धा retentio, dissimulatio, (etiam अन्तर्द्धि et अन्तर्द्धान v. supra et infra), श्रद्धा fides, sic प्रमा auctoritas, संज्ञा nomen etc. δ) Ex multis aliis vel cum incremento vel cum conversione, vel absque ulla mutatione, e c. जॄ decidere, जारा senectus, लिख् scribere, लेखा scriptura, कथ् loqui, narrare कथा narratio etc.

f) Alia foeminini generis formantur subjecto या, ante quod post vocalem, si brevis sit, inserendum est त् epentheticum (ut alias, p. 135. II. etc.) E. c. विद् scire. विद्या scientia; सु parere, सुत्या nativitas (lavatio religiosa), भृ nutrire भृत्या nutritio. Quaedam radices, antequam illud या subjungunt, formam sumunt passivi, e. c. a कृ क्रिया actio.

g) Ex radicibus, quae in आ terminantur, दा, धा si componantur cum praepos. aut aliis vocabulis, abstracta masc. fiunt, illud आ mutando in इ. E. c. धा tenere cum परि, परिधि: ambitus, circumferentia; c. वारि aqua वारिधि aquarum receptaculum, mare etc.

4) Nomina, quae indicant quid agendo ortum, formantur radicibus त्रिम subjungendo. e. c. कृ facere कृत्रिम factitium, artificiosum. वप texere वप्त्रिम texendo effectum etc. At derivatis solum इम subjicitur, quo eundem conceptum efficiunt.

5) Porro ex radicibus formantur nomina diversae significationis a) generis neutrius subjecto अस, aliis इष aliis, उष ubi conversio locum habet (Siddh. Kaum. fol. 204). E. c. a सृ fluere fit सरस aqua, palus; ex इ movere अयस ferrum; तम् tristem esse, desiderare तमस tenebrae; चित् sentire चेतस sensus; अर्च् venerari, celebrare अर्चिष् lux etc. चक्ष् loqui चक्षुष् oculus etc.

6) Diversi generis nomina subjuncto मन् e. c. जन् nasci, जन्मन् n. nativitas, अत् perpetuo movere, आत्मन् m. spiritus, persona, बृह् lucere, loqui, crescere, niti, ब्रह्मन् deus.

7) Subjecto वन्, nomina fiunt magnam partem composita, diversae quidem significationis; attamen plerumque iisdem sensus tribuitur illius, qui egit, sive participii praeteriti indef activi (§. 146). e. c. वहुदृश्वन् qui multa vidit, a बहु multum et दृश् videre.

8) Denique ex radicibus cum variis afformativis efficiuntur nomina miscellanea sensus valde diversi, partim cum incremento radicis, partim cum conversione ejusdem, partim cum aliis finalium vocabuli mutationibus, partim absque ulla Cf. Siddh Kaumud. fol. 189 — 194. Haec afformativa ad ordinem alphabeti sunt: अंग, अठ, अंड, अत, अद्, अन, अल, अवी, आल, इत, इल, इवी, उत, उर, उरा, उल, उ, उथ, उर, एनु एर, ओर, ओल, ख, ग, ठ, ड, ढ, तु, थ, द, म, मद्, र, व, वी.

X

Horum afformativorum quemadmodum eorum plura, quae praecedunt, et sequuntur, ipsa sunt nomina, e. c. अंग membrum etc., अंड ovum, आल्न amplum etc., quorum tamen significatio in composito saepius ita permista, soluta atque concreta coaluit, ut ex eodem aegre possit erui. Quo fit, ut, quae in hoc capite tractantur, cum iis in capite seq. de verbis componendis, saepius concurrant.

Nomina denominativa.

§. 171. In his derivandis generatim monendum: 1) finales उ, ऊ, ओ ante vocales vel ante य् (quod saepius vim vocalis exserit) in अव् mutari; ubi उ et ऊ conversionem subeunt, et regula orthoepica §. 34. II. 2. servatur. E. c. वायु ventus, वायव्य venti cultor. 2) अ, आ, इ, ई in fine vocabuli ante afformativa eliduntur, aliquando etiam ऋ, (inprimis ante afform. एय). 3) न् quoque finale abjicitur; quo fit, ut, quae inde efficiuntur finales, vocales etiam legibus, subsint, quae (1. 2) antecedunt. 4) Ubi afformativa postulant incrementum primae syllabae nominum, haec, si ab initio compositam habeant consonantem, in qua posterior est य vel व, ante य inserunt ऐ, ante व vero औ, e. c. व्याकरण grammatica, वैयाकरण ad grammaticam pertinens. His praemissis classes praecipuas ordine sequenti tractamus: primum patronymica[I] et gentilia, deinde attributiva[II], porro collectiva[IV], postea deminutiva[V], tum abstracta[III], denique miscellanea.

§. 172.

I. Patronymica — ubi ex nominibus formantur, haec in syllaba prima incrementum subeunt, ac afformativa sumunt varia, ex ordine alphabeti sequentia अ, आयन, आयनि, आर, इ, इक, ईय, उर, एय, एर, ऐर, कि, नेय, य. E. c. शिव Siva शैवः Sivae cultor, यदु Iadus, यादवः unus e posteris Iadi. Sic ex कृष्ण fit कार्ष्णि, ex व्यास वैयासकि, ex नर नारायण, ex तिकु तैकायनि, ex इन्द्र ऐन्द्र, ex गंगा गांगेय etc.

*) In his quaedam, antequam एय admittunt, nomini subjiciunt attributivorum इन्, e. e. सुभगा felix mulier, सौभागिनेयः mul. felicis filius.

*) मातृ mater, compositum cum numeralibus, सं vel भद्र mutat ऋ in उर e. c. भाद्रमातुरः filius probae matris.

In multitudine patronymici afformativa illa rejiciuntur. Regionum etiam nominibus, ubi in plurali collocantur, designantur habitatores earum.

§. 173.

II. Attributiva शब्दविशेषणाः. Haec inprimis dicuntur वाच्यानि adjectiva sive praedicata; quae distinguuntur, e c. qua colorem etc. indicant रक्तार्थाः etc., qua scientiam, sectam etc. Deinde चातुरर्थिकाः quae cum afformativis iisdem quatuor inprimis significationes babent. Accedunt शैषिकाः reliqua. quae sensu eodem aliter tamen formantur. Porro तत्रजाताः, quae designant id, quod productum in illo vel prope illud, unde nomen gerit. Deinde भवार्थाः quae existentiam alicubi definitam notant etc.

§. 174. Formativa attributivorum, quorum pars incrementum etc. postulat, sunt ad ordinem alphabeti अ, अक, इ, इक, इन्, इन, इभ, इम, इय, इर, इल, ईन, ईमस, ईय, ईर, ईल, उक, ऊर, उल, एत्य, एय, एयक, क, ठ, तन, ति, त्न, त्य, दघ्न, दिन, द्वयस, न, भ, म, मत्, मय, मात्र, मिन, य, र, रूप, ल, लु व, वत्, वल, विन, श, ष, ष्य, स.

In illis plura sunt, quae ubi aliis subjiciuntur, multo potius composita efficiunt, quam simplicia cum ipsa sint nomina, ut तन, unde त्न extendens, वल validus, मात्र mensura. quantitas, momentum, मय faciens, factum, मत् cogitans, रूप forma, similis etc., unde e. c. अद्यतन hodiernum, quod ad hunc diem (hodie) se extendit, पितृरूपः patri similis etc. Quaedam illorum afformativorum etiam

praepositionibus aliisque vocabulis subjecta nomen efficiunt. e. c. ex त्य cum नि fit नित्यः perpetuus etc.

Haec nominibus ad formanda attributiva subjiciuntur. Aliqua autem eorundem fiunt praefigendo praepositiones etc., e. c. नि, अव, वि, चि etc.

§. 175.

III. Abstracta, quibus indicantur natura, qualitas, character, dignitas, munus etc. formantur 1) foem. gen. per ता, e. c. बहु multum, बहुता multitudo, 2) neutr. gen. per त्वं, e c. बहुत्वं, 3) neutr. cum incremento primae syllabae per य, e. c. पण्डित doctus, पाण्डित्यं eruditio, sapientia (etiam पण्डित्वं vel पण्डिता), 4) masc. per इमन (in nomin. इमा) ubi, quae inter duas consonantes ऋ continent, hoc mutant in र, e. c. वृढ amplum, व्रढिमन् amplitudo, 5) neutr. gen. per अ cum incremento, e. c. अश्व equus, आश्वं natura equi; कुमार juvenis कौमारं juventus; पुरुष vir, पौरुषं etc. Haec forma potissimum locum habere solet, ubi nomen terminatur in simplici vocali, quae alia est ac अ vel आ, aut si aetatem indicet etc., e. c. शुचि purus, शौचं puritas etc., 6) neutr. per अकं cum incremento, inprimis ex plurisyllabis, praecipue, si penultimam habeant य, e. c. रमनीय jucundum, रामनीयकं jucunditas; कुलपुत्र filius legitimus, कौलपुत्रकं filii legitimi character, 7) foem. per इका cum incremento, maxime ex verbis compositis (de quibus infra), e. c. ex पितापुत्रौ pater et filius, पैतापुत्रिका ratio vel officium patris et filii.

*) Quaedam pro य neutr. etiam subjiciunt ई foem. gen., e c. मित्र amicus fit मैत्र्यं et मैत्री amicitia; अर्हत् dignus, more participii praes. activi nasalem ante त् inserit, unde आर्हन्त्यं vel आर्हन्ती dignitas.

*) ईय format nomina neutra muneris sacerdotalis, ex nominibus deorum, quibus servitur, e. c. मित्रावरुणीय munus

sacerdotis, qui Mitrae offert et Varunae. (ईय etiam pronomina ex personalibus et aliis possessiva formantur, e. c. ex तद्, मद्, त्वद् ut मदीय meum etc.)

§. 176.

IV. Collectiva efficiuntur majorem partem more abstractorum cum incremento primae syllabae et afformativis अ, अक, इक, य, Eadem neutrius gen. sunt, e c. क्षेत्र campus क्षैत्रं camporum multitudo; मनुष्य homo मानुष्यकं genus humanum, केश caesaries, कैशिकं, मानव homo, मानव्यं. Porro afformativis ता et इणि collectiva gen. foem., e. c. जन persona जनता populus, पद्म lotos, पद्मिनी etc. Sunt, quae plures harum formarum admittunt, alia peculiarem habent, e. c. गो bos, गोत्रा f. grex boum, पुरुष vir पौरुषेयं virorum copia (etiam virile) etc.

*) Terminatione वती formantur nomina loci, in quo numerus eorum est, quae nominibus exprimuntur. E c. पद्म lotos, पद्मवती locus, ubi copia lotorum; अमर immortalis अमरवती urbs immortalium.

§. 177.

V. Deminutiva fiunt formativis cum terminantibus tum praefixis. Illa afformativa sunt 1) र vel तर e. c. कुटी tugurium कुटीर tuguriolum, 2) कल्प, देश्य, देशीय, e. c. कवि poeta, कविकल्प vel कविदेश्य etc. poetilla, 3) पाश, e. c. भिषक्पाश medicus empiricus, malus etc. छत्रपाश umbella vilis *). 4) क e. c. अश्व equus अश्वक equus vulgaris, vitiosus, 5) cum nominibus propriis afformativa क, इक, इल, इय, e. c. सिंह Sinha (leo) सिन्हक, सिन्हिल etc. miser Sinha, bonus Sinha **).

*) पाश additum verbis, quae notant crinem, indicat copiam, e. c. केशपाशः crinis spissus, promissus; cum कर्ण auris, pulchritudinem, कर्णपाश auris formosa.

**) Ubi non क, sed इक, इय, इल nominibus plurisyllabis subjunguntur, in his abjicitur, quidquid duas syllabas excedit,

e. c. देवदत्त Daevadatta, देविक, देविल, देविय Daevadatta bonus, miser, vilis etc., vel parte prima rejecta fit दत्तिक etc. Ubi illa afform. subjunguntur compositis, quorum membrum primum est monosyllabum, hoc solum retinetur, e. c. वागाशीर्दत्त fieri potest वाचिकः etc.

§. 178. Deminutiva efficiuntur etiam formativis praefixis, quae sunt का, किम्, कु ante vocalem कत्, e. c. कापुरुष vel कुपुरुष, किंपुरुष (ecce homo) homo miser, vilis etc. काजलं aqua parva, कदग्नि ignis parvus etc.

CAPUT XIX.

NOMINUM COMPOSITIO (समास).

§. 179. In capite praecedente jam plures nominum classes continentur, quae quum efficiantur afformativis, quae ipsa sunt nomina, potius compositis quam simplicibus adnumerari possent. Verum ut certi inter nomina simplicia et composita termini constituti probentur, afformativorum natura, vis et ad radices ac nomina ratio prius est definienda, quod quidem exponere nos hic supersedendum, nec illud necessarium in hoc opere putamus. Cf. §. 37. seqq. et Caput XVIII.

Compositorum formae variae, harumque vis et usus in sanskrito latissime patent. Inprimis autem duo distinguimus genera, compositionem nominum simplicem et multiplicem; simplicis vero sex species usitatas. Scil. quinque declinabilium et unam indeclinabilium. Declinabilium vero cum substantivorum tum attributivorum regulae generales postulant, ut vocabula, excepto ultimo, quod solum flecti solet, in forma plerumque rudi jungantur. Porro ut vocum componendarum finales saepe mutentur, e. c न् in fine omittatur; इ vertatur in अ; स् in fine assumat अ etc. Ac.

A. NOMINA COMPOSITA.

I. Composita copulative (द्वन्द्व copulatio).

§. 180. Nomen copulative compositum efficitur, ubi nomina, quae eundem casum poscunt, omissa conjunctione copulativa च etc. junguntur. Quod fit a) per समाहार, unitive (sive collective aut incorporative) coalescendo, cum ultimo loco positum gen. neutrius sing. formam admittat, e. c ex पाणिश्च पादः manus et pes fit पाणिपादं, ex हस्ती चाश्वः elephas et equus fit हस्त्यश्वं, b) इतरेतर conjugative vel consociative, ubi, si sint nomina duo, ultimum dualis terminationes subjungit, pluralis vero, si plura sint. E. c. in du. भार्या च पतिः uxor et maritus fit भार्यापती, गुरुश्च शिष्यः, discipulus et magister fit गुरुशिष्यौ; in plur. autem ब्राह्मणक्षत्रियवैश्यशूद्राः Brāhmaṅa et Kshatrija Vaiśjaque atque Śūdra (quatuor reipublicae indicae ordines).

*) Unitive magis indicantur, quae vel re interius magisque unita sunt, aut conceptu, ut membra corporis, societatis, exercitus, aut quae ex natura sibi opponuntur (quod ad idem recidit), aut quae minus individua, minusque definita ac substantialia sunt, ut vitae expertia, aut quae ita spectantur, ut diversi generis urbes, flumina et regiones. At quae numero definita sunt, vel ejusdem generis et animalia in numero singulari, consociative solum componi solent.

§. 181. Observanda hic a) nominum sibi succedentium ordo definitus, et b) literarum finalium mutatio cum in nominibus, quae praeponuntur, tum, in illis, quae collocantur ultimo loco.

a) Primo ponuntur, quae exeunt in breves इ vel उ; porro quae ordiuntur a vocali, (e. c. ईशकृष्णौ Iśa et Krishṅa); inter ea autem, quae a vocali ordiuntur, quod in अ terminatur, anteponitur

illi, quod in इ desinit, e. c. इन्द्राग्नी Indra et Agnis; id etiam praeponitur, quod minori syllabarum numero constat; si vero nomina aequalem habeant earum numerum, aut naturalem ordinem servant, ubi quem habent, e. c. हिमन्तावसन्तौ hiems et ver; aut, quod brevem habet syllabam primam, anteponitur, e. c. कुशकाशौ Kusa et Kasa (Poa cynosuroides et saccharum spontaneum). Ceterum ordo, qui est in ipsa successione rerum ac locorum, in nominibus componendis servatur.

b) 1) Quae terminantur in ऋ, si nomina sint ejusdem rationis, cognationis, generis, classis, muneris etc., excepto nomine ultimo literam ऋ mutant in आ (nominativi §. 73. I. 1. b.), e. c. पितापुत्रौ pater et filius. मातापितरौ mater et pater. Alias ऋ manet, e. c. भोक्तृभोग्यौ fruens et fruendum. 2) Si nomina, quae componuntur, deorum sint, ultima antecedentium nominum vocalis produci solet, e. c. मित्रावरुणौ Mitra et Varuna (sol et oceanus). 3) Etiam अन्य ante अन्य et पर ante पर in nominativo ponitur, ad reciproca formanda अन्योन्य: (pro अन्य: अन्य: cf. §. 36. XIX.) invicem, परस्पर: (ib. XVIII.) invicem. 4) Ejusdem speciei nomina, si generis sint diversi, m. et f., ubi componenda sunt, illud foem. gen. omittitur, et quod masc. est, accipit formam dualis, e. c. युवानौ adolescens et puella a युवा et युवती, भ्रातरौ frater et soror, पितरौ pater et mater etc. 5) दिव् coelum, ubi anteponitur, mutari solet in द्यावा, e. c. द्यावाभूमी coelum et terra; pro जाया uxor substituitur दम् vel जम्, e. c. दम्पती maritus et uxor. 6) In unitive compositis nomen ultimum, si in consonante terminatur, eidem अ subjungit, e. c. अस्थित्वचं ossa et cutis (a त्वच्). Idem fit in aliis, quae vel vocalem finalem abjiciunt, vel convertunt etc. E. c. अहोरात्रं diu noctuque, ab अहस् et रात्रि, अक्षिभ्रवं oculi et supercilia, ab अक्षि et भ्रू. 7) Diversa vocabula, ut आदि initium प्रभृति

genus, प्रमुख principale, पुरोग praecedens etc., vel unitive vel consociative componuntur cum nomine, quod in integro numero aut serie aut genere etc. primum est, vel cum pluribus in serie primis, ad indicandum totum numerum vel seriem etc. integram, itaque eandem, ac: *et cetera* nostrum, vim habet. E. c. इन्द्रादि vel इन्द्रादय: Deorum series, in qua primus Indra, sive Indra et ceteri dii etc. Haec vocabula etiam attributivis compositis infra adnumerantur.

II. Constructive composita (तत्पुरुष)

§. 182. Constructive componi possunt nomina, quae aliam ad se ac copulativam habent rationem, itaque unum eundemque casum non admittunt. Nomen, quod in compositis ejusmodi antecedit, non ad casus primi aut octavi sensum pertineat necesse est, licet pro quovis alio collocari possit. E. c. ubi nomen praecedens est pro objectivo, अन्नबुभुक्षु: cibi sumendi cupidus; ubi pro instrum. पुत्रत्रात: a filio liberatus; ubi pro dativo अश्वघास: pro equis gramen; pro ablat. स्वर्गपतित: de coelo lapsus; pro genit राजकुमार: regis filius; तत्पुरुष: hujus homo (vel si in ablat., ab hoc homo), pro locat. शरज: in arundinibus natus.

§. 183. At in ejusmodi compositis nomen antecedens haud raro etiam casus sui terminationem habere potest. Nempe signum cas. 3 locum habere solet, ubi denotatur praeditum, consociatum, instructum aliquo etc. esse; signum casus 4 aliquoties, e. c. in परस्मैपदं forma transitiva verborum आत्मनेपदं f. intr.; signum casus 5 inprimis, ubi voces, quae distantiam vel quantitatem indicant, aut कृच्छ्र miseria, cum participio in त terminato junguntur, e. c. दूरादागत: e longinguo adveniens; signum casus 6, ubi quid inter cetera distinguitur, e. c. पुरुषाणांशूर: inter viros fortis; etiam ante numeros ordinales etc.; signum casus 7 in certis formulis, quae vim

ludibrii aut probri habent, ut गेहेनर्दिन् in domo fortis (ignavus); in compos. cum variis attributivis, quae ex radicibus formata sunt, e. c. जलेशयः in aquis morans, piscis etc.; inprimis nomina, quae partem corporis designant et alia, quae in अ vel consonante terminantur, si, composita cum vocabulo, epitheton vel nomen proprium efficiant, e. c. युधिष्ठिरः in proelio constans a युध् proelium et स्था; दिविजः in coelis natus, a दिव् et जन्, कण्ठेकालः gutture niger etc. In ejusmodi*) vero vocibus signum casus saepe ad arbitrium adhiberi potest vel omitti.

§. 184. Plura nomina ex radicibus formata, ubi cum vocabulo, quod in vocali terminatur, et declinabile est, componuntur, inserendam postulant nasalem terminationis, quam habet casus object. sing., atque etiam forma adverbialis. Illis, quae in vocalem exeunt, adnumerantur et alia quaedam, scil. आत्मन् spiritus; द्विषत् hostis, अरुष् medulla, quum in compositione consonantem finalem abjiciant. E. c. a) composita cum मन्य putans, imaginans, (a मन्), पण्डितम्मन्यः philosophum imaginans, श्रियम्मन्या f. Sriem esse putans (a श्री cf. p. 55. 2). b) दृश्य tr. et intr. videns apparens (a दृश्), e. c. असूर्य्यन्दृश्यः qui solem non videt, c) कर faciens, e. c. भद्रन्कर bonum faciens, et करण, e. c. अन्धंकरणः caecum faciens, obcaecans. d) भव (a भू), e. c. आशितंभव satiando par; etiam इष्णु vel अक cum भव itaque भविष्णु, भवक, quae vero indicant fieri vel esse, quod nomen praefixum denotat, e. c. प्रियं भविष्णु qui hilaris fit, hil. futurus; e) cum nominibus agentis ex भृ, गम्, चर्, धे, ध्मा, एज् in f. caus. etc., e. c. विश्वंभरः universum nutriens, Deus, विहंगम in aere vadens, avis, रात्रिंचरः noctu ambulans, malus daemon, कूलंधयः litus sugens, gurges; porro ग्रहि (ex ग्रह्) cum cas. 7. e. c. फलेग्रहि fructifer etc.

*) At plura substantiva constructive posita ab attributivis usu tantummodo differunt. Quare quaedam, de quibus hic egimus, qui mavult, infra in numero attributivor. collocare poterit.

§. 185. Constructive compositis etiam adnumerantur nomina, quae formata sunt per ellipsin participiorum, quorum praepositio nominibus illis inseparabiliter anteponitur, quae saepe ab hac regerentur. Accedunt ea, quibus per similem ellipsin praefixum est अ privativum aut alia vox inflexibilis. E. c. अवकोकिलः a voce lusciniae superatus (decantatus). pro अवक्रुष्टः कोकिलेन ; sic निर्वण silvam egressus, pro वनाद्विर्गतः, उत्संग्रमः — ad pugnam paratus, pro उद्युक्तः संग्रमाय, अब्राह्मणः qui non est Brahmana etc.

§. 186. Cum nomen antecedens locum cujuscunque casus, si primum et octavum excipias, tenere possit, et aliae voces, quae eandem ac nomen vim habent, pro nomine collocantur, e. c. infinitivus, ubi म् finale abjici solet; ut गन्तुमनसः cui in mente est ire; ज्ञातुकामः sciendi cupidus etc.

§ 187. Ubi दृश् vel दृक्ष् videns adjicitur pronominibus aut voci समान, ad similitudinem indicandam, pronomina mutantur aut contrahuntur; scil. ई pro इदं ponitur, का pro किम्, ता pro तद्, अमु pro अदस्, त्वा pro युष्मद्, मा pro अस्मद्, अन्या pro अन्य, स, pro समान etc., e. c. ईदृश् huic similis, कादृश् cui similis? etc.

§. 188. Quae componuntur cum सु bene, दुर् male, इषत् parum, adjective et substantive stare possunt., e. c. सुदर्शनं intrans. vel trans. species bona, pulchritudo, et prospectus pulcher; sed etiam attributive, सुदर्शनः — ना — नं formosus, -a, um etc. Cf. IV. infra et p. 155 158.

§. 189. अञ्च् movere, venerari, ubi nomini agentis subjicitur aut pronomini, aut vocibus विश्व universum ac देव deus, poscit, ut haec nomina in locum syllabae ultimae अद्रि admittant, e. c. विश्वद्र्यञ्च् ubique venerans. Ubi vero ante अञ्च् praefiguntur praep. सह, सम cum aut तिरस् obliquum, ex his fit सध्रि, साम्, तिरि etc., e. c. सध्र्यञ्च् cum aliis venerans.

§. 190. Interdum constrnctive compositorum ordo invertitur, e. c. उत्तमर्णः pro ऋणोत्तमः superior per debitum, creditor: sic अधमर्णः inferior per debitum, debitor etc. Simili modo प्राप्तजलः pro जलप्राप्तः aquam nactus, भूतपूर्वः qui antea fuit etc.

III. Descriptiva composita (कर्मधारयः).

§. 191. Haec formula complectitur substantiva composita, in quibus attributivum quodcunque et aliae saepe orationis partes, participia ac inflexibilia etiam, cum substantivo conjuncta sunt. E. c. रक्तोत्पलं nymphaea rubra, सप्तर्षयः septem Rishes (sapientes), स्नात्वापूतः lavatus (lavando) purus. Notanda:

1) Mutatio finalium, quae hic potissimum et in antecedenti ac sequentibus compositorum formulis locum habet. Praeterea महत् magnus fit महा, तावत् tantum fit ताव etc., e. c. महाराजा magnus rex, तावगृहः tanta domus etc. Alia per aliam formantur mutationem, e. c. पर fit परे, ut परेद्युः altera die.

2) Ordo vocum componendarum generatim quidem servatur naturalis, e. c. गतप्रत्यागत reversus, postquam profectus est; saepius tamen ordo, qui alias usitatus est, invertitur, e. c. कन्यागौरी puella pura pro गौरकन्या. Etiam adjectiva plura, quae ex participio in त terminante orta sunt,, postponuntur. Verum participia futuri pass., alia vocabula, quae similitudinem indicant, porro कुमार, कतर, कतम etc. in compositione anteponuntur, e. c. भोग्योष्णं calidum ad edendum, तुल्यश्वेतं aeque album; कुमारतपस्वी puella devota etc. Ceterum vocum ordo definitur natura et usu, quippe a quo diversus ejusdem formulae sensus pendet.

§. 192. Eidem quoque adnumerantur vocabula, comparando juncta, e. c. नरसिंह homo leoni similis (Mannlöwe), करपद्म manus pulchra (loto similis) etc. Nam magnitudo virtus, robur, denotantur additis proprio vel appellativo nominibus leonis, elephanti,

tigridis, tauri, Indrae etc., quae proprio vel appellativo suffiguntur; pulchritudo autem ac forma nominibus lunae, nymphae, folii, coloris etc. vel वृंदारक eximius etc.

§. 193. Varia nomina, quae huic formulae adsumuntur, cum sensum habent proprium, tum saepe modo peculiari, haud raro per ellipsin formantur. E. c. किन्नर ecce homo! qualis homo etc. (de quo et aliis cum किम् junctis v. supr.*) अकुतोभय: omnino securus, pro कुतस् तस्य भयोऽस्ति huic ex qua parte timor est? a कुत: unde cum अ privativo. कितव pro किम् तव quid tui, quid tibi pignus? aleator dissolutus etc. Sic शाकपार्थिव princeps solum fortitudine insignis etc. Etiam cum अहम् ego in nomin., cum imperativo एहि i et aliis e. c. अहंकार arrogantia; अपेहिस्वागत: qui dimittendus salutatur (apage et salve) etc.

*) Patet, plura nomina, quae descriptive compositis adnumerantur, etiam pertinere posse ad constructiva (de quibus supra) vel ad attributiva composita (de quibus infra). *§178.

IV. Attributiva composita (बहुव्रीहि).

§. 194. Pluribus vocabulis componendis efficiuntur attributiva, m. f. n. generis, quibus attributum vel qualitas rei aliqua indicatur, ubi substantiva, composita cum aliis vocabulis, haud raro in aliud subjectum transferuntur, ac passivi contrapositionem subeunt. E. c. बहुव्रीहि: qui multum oryzae habet, बहुपद: multipes, अल्पोदक parum aquae continens, बृहद्रथ: in magno curru vectus (Indra); धृतराष्ट्र: (is, a quo regnum tenetur) regens, nomen prop. etc. कृतकीर्त्ति: qui claritatem nominis perfecit, प्राप्तपञ्चत्व: statum quinque elementorum consequutus (mortuus), हतामित्र qui inimicos cecidit; at अमित्रहत: ab hostibus caesus; ब्रह्मगुप्त a Brahmo defensus etc.

§. 195. Vocum autem, sive praecedant, sive sequantur, finales saepe mutantur, quod jam supra monuimus. Praecipue autem hic a) pro सह, सम् cum, समान instar, ab initio collocatur स;*) b) क voci ultimae haud raro suffigitur, maxime, ubi in इन् desinit. c) pro इ et अन् saepe adhibetur अ, potissimum in nominibus partium corporis, d) praecipue numeralia, ubi, particulis subjuncta, indefinita fiunt, finales suas convertunt in अ, inprimis si in numeris conjunctis primus, minor, sit multiplicator. Huc accedit, quod signum generis primitivi retineatur, licet nomen in aliud transferatur, e.c. दत्ताभार्य्यः datam habens uxorem.

Illarum autem mutationum exempla sunt: समातृकः ipse cum matre sua; सरात्रः nocti similis (a रात्रि nox); त्रिमूर्द्धः tria capita habens (a मूर्द्धन्); कमलपत्राक्षः oculo nymphaeae simili praeditus; लब्धनौकः cymbam consequutus (a लभ et नौ); उपविंसाः fere viginti, पंचषाः quinquies sex etc — Post अ priv. सु, दुर् etc. aliqua aliter mutantur, e. c. प्रजा fit प्रजस् nom. प्रजाः; धर्म fit धर्मन् nom. धर्मा etc. Post varia vocabula collocatur pro पाद pes पाद्, pro जानु genu post सं vel प्र, ज्ञ vel ज्ञु, pro नासिक nares नस् vel नसं, pro दन्त dens दत्. अप् aqua fit ईप् (unde द्वीप paeninsula).

§. 196. In vocabulorum componendorum ordine antecedunt verba participii praet. in त aliis participiis, e. c. कृतकृत्यः qui faciendum fecit; porro numeralia praeponuntur pronominalibus, utraque aliis adjectivis, e. c. त्रिपूर्व्वः tria antecapiens, सर्व्वकृष्णः totus niger, त्रिलोचनः शिवः Siva tribus oculis instructus etc. Nomina cum signo locativi etiam anteponuntur. Prout participium praet. in त antecedit vel consequitur, sensus vel activus est vel passivus, ut supra vidimus. §. 104.

*) More descriptive compositorum etiam hanc compositionis formulam aliae orationis partes inire possunt, e. c. अस्तिधनः dives etc.

V. Composita quantitativa (द्विगु).

§. 197. Haec sunt composita cum numeralibus vel attributiva vel substantiva; illa aut pretii, mensurae, ponderis; aut possessiva; haec collectiva. Finalium mutatio fere convenit cum ea, quam supra notavimus.

1) Composita quantitativa, quae sunt attributiva pretii, e. c. द्विगु: qui duorum boum pretium habet, पञ्चकपालं fluidum, quod quinque kapālas (calvas) metitur etc.

2) Quae possessiva, e. c. द्विनावः (a नौ+अ) duas cymbas possidens, अष्टगवः (a गो+अ) octo boves habens.

3) Collectiva alia foem. alia neutr. alia utriusque generis, ubi, quae in अ terminantur, hoc in foem. mutare solent in ई foem., e. c. त्रिलोकी tres mundi, चतुर्युगं quatuor mundi aetates, पञ्चकर्मी quinque operum collectio, त्र्यहन् tempus trium dierum, चतुष्पथं concursus quatuor viarum.

VI. Composita adverbialia (अव्ययीभावाः indeclinabilia).

§. 198. Quod in hac formula antecedit vocabulum, atque haud raro casus rationem denotare solet, maximam partem est inflexibile. Ultima praeterea in eodem composito vox etiam formam sumit indeclinabilium; quare et signum casus objectivi sing. neutrius admittit. Itaque finales convertuntur, ऐ in इ, औ in उ, अ et आ in अं. Idem अं collocatur pro nominum finali अन्, et pluribus nominibus, quae in consonantem exeunt, subjicitur. E. c. अनुमनु Mano congrue, साग्नि cum igne, यथाशक्ति pro viribus, अतिनु supra navem, यावच्छ्लोकं ad numerum versuum, अध्यात्मं supra spiritum, प्रत्यक्षं ante oculos, उपगृहं prope domum. At si sensus permittit, etiam cas. 3 et 7 forma adhiberi potest.

§. 199. Eadem formula, ubi praepositionibus efficitur, substitui potest, excepto ablativo, pro casu quovis alio, inprimis pro instrumentali et locativo; quin hi ipsi saepius adverbialiter adhiberi possunt. (Cf. p. 150).

§. 200. Quaedam praepositiones et nomina, quae harum vim habent, si nominibus anteponantur, ad arbitrium vel casus quinti forma vel adverbialiter construi possunt, e. c. अप, परि, आ, वहिस्; porro praep., quae अञ्च् (ex अञ्चु) subjectum habent, ut प्राक् etc. e. c. वहिर्वनात् extra silvam vel वहिर्वनं.

Aliquae praepositiones etiam postponuntur, ubi sensum peculiarem efficere solent, e. c. परि, quod lusus nominibus aut numeralibus subjunctum indicat superatum in lusu, e. c. अक्षपरि alea superatus, एकपरि uno superatus.

§. 201. Haec formula adverb. etiam effici potest, si nominibus anteponantur vocabula अग्रे in fronte, culmine, मध्ये in medio, पारे ex altera parte, अन्तर् intra, e. c. पारेगंगं ad Gangae ripam ulteriorem. At ubi illis casus quintus indicandus est, hic exprimi debet, e. c. पारेगंगायाः ex ulteriori Gangae ripa etc.

§. 202. Quaedam praepositiones et aliae particulae nonnisi in sensibus limitatis ad hanc formulam adhiberi possunt. E. c. यथा, ubi comparationem indicat, casum postulat.

Ab initio hujus formulae etiam esse possunt a) numeralia excepto एक. E. c. patronym. दशभारद्वाजं decem Bhāradvādshae, द्विगंगं locus; ubi duo Gangae brachia concurrunt; b) pronomina, e. c. उभाहस्तं duobus brachiis (ubi notandum, ultimam in उभ vocalem ante quaedam nomina produci); c) etiam participia et alia quandoque adjectiva, quibus adverbium compositum formatur, e. c. उन्मत्तगंगं locus, ubi Ganga furiosa (rapidissima). वहद्गु tempore arandi (trahente bove).

---

§. 203. Quod ad compositorum genus attinet, copulative et constructive composita genus servant vocis, quae in compositione est ultima. In quantitative compositis collectiva, modo, et quidem majorem partem, neutrius sunt, modo foem. generis. Neutrius sunt etiam composita cum सभा societas, conventus, छाया umbra, si vocabulum antecedens sit pro genitivo, e. c. नृपसभं principum conventus etc.

B. VOCABULA COMPOSITA DENOMINATIVA.

§. 204. Ad formulas illas sex simplices vel modos, quibus voces, tam coordinatae quam subordinatae in sententia componuntur, accedunt et aliae compositiones multiplices, quibus illarum plures una simul continentur, et cum substantiva tum attributiva, tum adverbia formantur. Eoque fit, ut in Sanskrito vocabula ad eam magnitudinem excrescere possint, qua similiora videantur sententiis, quam vocabulis, quorum justam mensuram excedunt. Verum enimvero ejusmodi vocabulum a linguarum nostrarum usu et consuetudine alienum, non ut vocabulum sed ut integram sententiam spectari debere putamus, quae adhuc linguae primitivae similitudinem refert. Quamobrem exempla quidem hic addimus, reliqua vero syntaxi subjungemus. Compositorum, inprimis ad II. III. IV in una formula, exempla sunt sequ., ubi voces singulas punctis infra scriptis distinguimus.

1) Bhagav. Gitae IV, 41. योगसंन्यस्तकर्मा is, a quo ope jogae (harmoniae spiritus) opera sunt composita स येन योगेन (vel योगे) संन्यस्तानि कर्माणि. Ibid. ज्ञानसंछिन्नसंशयः a quo per scientiam dubitationes sublatae sunt. (Chrest. II. 112). येन ज्ञानेन संछिन्नः संशयः 2) Mitaksharae II. 45. a द्रव्यार्जननियमः constitutio pro rebus acquirendis, द्रव्यस्यार्जनाय नियमः 3) In inscriptione laminae cuprinae उत्तरगिरिकटकः septentrionalis montis declivitas, ubi उत्तर adjectivum est substantivi promixi, scil. उत्तर गिरेः कटकः. 4) प्रकृतिपरबधकेक्षः ex naturae indole speculans hostium occisor, ubi प्रकृति non ad proximum refertur, pro परस्य बधकः प्रकृतेर्निरीक्षः 5) मध्यमभोगभूमिप्रवर्त्तकाः terrae habitatores cum felicitate mediocri; ubi मध्यम etiam ad proximum भोग refertur. Cf. Haematshandrae I. 6) In lamina cuprina त्रैलोक्यनगरारम्भमूलस्तम्भ columen fundamenti, cui innititur principium civitatum in tribus mundis. 7) Exemplum parallelismi vocum

in composito profert Sankara in Chrestom. I. pag. 152. अनवगतेष्टानिष्ट.प्राप्ति.परिहारोपाय.प्रकाशनपरः— वेदः (ubi ad इष्ट referri potest प्राप्ति, ad अनिष्ट autem परिहारि; Scientia praestans dilucidando adjumenta comprehendendi et efficiendi in voluntate opposita voluntatem incognitam (sensibus et ratiocinatione) etc.

Ejusmodi formulas interpretando a voce ultima primo fit initium, et regrediendo totius vocabuli sensus ope contextus facilius eruitur. Hic enim vocum simplicium rationes, quae alias in sententia formis peculiaribus denotantur, quemadmodum in antiqua Chinensium lingua, positione magis quam casuum signis indicantur. Perinde ac si formis careret ipsa, et syntaxin ex positione deberet petere, quae tamen iisdem est locupletissima, atque adeo plurium linguarum excultarum complexio et systema.

Itaque in compositis denominativis majoribus peculiare linguarum primitivarum genus prodit, quod cum pluribus aliis in Sanskrito ita comprehenditur, ut ipsa in sua indole et linguarum systemate magis perfecta videatur. Eo etiam fit, ut haec lingua in magna formarum copia, maximam consequi possit conceptuum unitatem, brevitatem atque exinde perspicuitatem. De quo atque de compositorum illorum ratione ad syntaxin alibi. Quod si vero ampla haec vocabula in hoc sensu non concipiantur, lingua illis magis opprimi quam perfici videatur necesse est.

*) De verborum compositione cum praepositionibus hoc loco solum notandum: illorum initiales et finales harum quandoque mutari, e. c. in परि, प्रति ultimam interdum produci, ut परीतत् undique diffusum; न et स verborum initiales saepius post praepositiones, non mutari in ण et ष, contra, ac VIII. et XII. §. 36. praecipiunt; aliquando etiam literam inseri, e. c. स post सम्, उप, परि ante verbum कृ,

quo sensus etiam alius fit, ut in संस्कृतं perfectum etc. Ceterum praepositiones, prout verbi sensum transitivum et intrans. mutare possunt, ita et conjugationis formam transitivam convertere in intransitivam et contra. Quam vero praepositiones in verborum significatione mutanda vim habeant, ex Lexicis potius et usu addisci oportet.

LIBER TERTIUS

SYNTAXIS.

§ 205. Verborum genera varia, quae partes orationis, sive sententiae membra sunt, quomodo sint in uno, sive ad conceptum sententiae adhibeantur, Syntaxis docet. Utrumque, analysis illa, de qua L. I. II. et haec synthesis ipso jam exprimitur grammatices nomine व्याकरण (a वि-dis, आ ad, apud et करण factio). Illae quippe formae singulae jam ex integro, uno, toto originem ducunt, et in illo cognatae, nisi in eodem sensum non habent Cf. Lib. II. Caput I. II. et VIII. §. 97. seqq.

§. 206. Membra autem sententiae partim in conceptu ipso unita sunt, partim separata quidem, at in certis rationibus a se invicem definita, itaque connexa. Quo fit, ut in sententia वाक्य distinguamus 1) rationem interne connexivam, vel inhaesivam, quae definitur modo subjectum distinguendi शब्दविशेषण per attributiva sua distinctiva, in quibus constat, sive verbalia sint sive nominalia adjectiva, ubi कर्म objectum formam habet praedicati, quod cum कर्तृ convenire debet; sive, ubi postulatur, ut attributum nominale cum substantia, in qua inhaeret, conveniat genere, numero et casu, verbale autem numero et persona congruat; 2) rationem magis externam, causativam, qua वाक्य definitur ut क्रियाकारकान्विता i. e. actio, quam formae comitantur, quae ad agentem ratione causa-

sativa pertinent; sive quae ad regentem spectant et rectum; vel aliis verbis: actio casuum rationibus juncta, quibus rectiones definiuntur. In ratione causativa exprimitur क्रिया actio ipsa ut vita, energia ac unitas sententiae, qua partes moventes et motae ab invicem pendent ut causa et effectus, regens et rectum. Eae exprimuntur non solum casibus sed et modis, ubi praepositiones et conjunctiones eandem ad se rationem efficientem habent atque casus. Cf. §. 44. 3) Ratione conjunctiva sive per conjunctionem सम्बंध, aut concretionem, per attributiva nominalia praecipue, objectiva, in genitivo, praedicati casu, ubi convenientia est in ipsa rectione, internum in externo etc. 4) Ab his rationibus, inhaesiva, causativa et conjunctiva distinguitur positio vocabulorum. संस्थान vel अन्वय (consecutio).

§. 207. Quum autem ipsa sententia conceptui individuo respondere, et quà pars orationis se habere possit, etiam plures sententiae more vocabulorum periodum integram possunt constituere, in qua ipsae convenire ac se invicem definire et regere debent. Quemadmodum enim casibus et praepositionibus vocabulorum, etiam majorum, rationes ad se definiuntur, ita conjunctionibus et modis rationes sententiarum, et, si hae contrahantur in vocabula, denuo casibus ac praepositionibus.

§. 208. Unde duplicem habemus syntaxin, vocabulorum et sententiarum, quae similem fere methodum servat. Ac primo illa vocabulorum est syntaxis constructionis, sive convenientiae, rectionis ac conjunctionis, deinde positionis sive consecutionis.

SECTIO I.
SYNTAXIS VOCABULORUM.

CAPUT I.
CONVENIENTIA.

§. 209. Natura unitatis, quae in conceptu est, ideoque et sententia, postulat, ut cum subjecti nomine quocunque, sive cum vocabulo,

quod illius locum tenet, conveniat praedicatum sive attributivum quodvis et quocunque loco ponatur, genere, numero et casu, etiamsi copula non exprimatur; numero autem et persona, si attributivum sit verbale. Cf §§. 180. seq. 197. seq. 203. E. c. Bh. Gitae II. 60. in Chrest. II. p. 94. यततोह्यपि-पुरुषस्य विपश्चितः इन्द्रियाणि प्रमाथीनि-हरन्ति प्रसभंमनः. pro यततः हि अपि etc., ad verbum: Enitentis enim adeo hominis sapientis sensus commoti rapiunt violenter mentem.

§. 210. Si unum subjectum plura habeat praedicata, omnia cum ipso congruere debent. E. c. Chrest. I. p. 5 II. 17. etc. Sin vero cum pluribus subjectis unum construatur attributivum, hoc forma congruere potest cum illorum proximo. E. c. Chrest. I. p. 19. II. 75. द्वैपायनः केशवः-शशाप Dvaipajana et Kaesava — execrati sunt, Ib. p. 10. Sl. 38 etc.; ceterum cum principali, aut omnibus in plur.

§. 211. Quae formam appositionis habent cum nominibus suis nec genere debent nec numero convenire. Itaque dicitur वेदाः प्रमाणं Vaedae, probationis genus; प्रत्यक्षानुमानोपमानशब्दाः प्रमाणानि Probationis genera, ratio objectiva, ratiocinatio, comparatio, interpretatio (vox, auctoritas).

§. 212. Idem fit, ubi substantivo additur per modum appositionis, numerale substantivum, quod etiam inseri potest inter substantivum primarium et adjectivum ejusdem. E. c. Chrest. I. 44. -आदिभिः सप्तषष्ट्या श्लोकैः 67 Slokis — incipientibus etc.

§. 213. Si diversi generis et numeri subjecta plura, quae etiam appositionem habeant, cum uno construantur praedicato, hoc numerum et genus appositionis admittere potest, e. c. in Chrest. pag. 11. Sl. 40. यदाश्रौषम्वासुदेवार्जुनौतौतथाधनुर्गाण्डिवमप्रमेयम् । त्रीण्युग्रवीर्याणिसमागतानि॰ Ubi in constructione participiali, unum subjectum copulative compositum in duali masc. वासुदेवार्जुनौ; alterum, quod et suam appositionem habet,

in singulari neutr. गांडिवं ; omnium vero praedicatum in neutro est plurali समागतानि , quod convenit cum appositione omnium trium वीर्य्याणि.

§. 214. Duo non necessario dualis formam postulant, sed etiam cum plurali construi possunt. Exemplum affert in Mugdhabodha Vopadaeva इमाविमान् विद्धिशैवान् hi duo, hos scias Śaivas, ubi sub इमौ iidem intelliguntur ac sub इमान्.

§. 215. In loco pronominis possessivi (cf. p. 67. 7.) etiam usurpari solet personalis genitivus, i. e. casus conjunctionis, qui et alias in praedicatis saepe convenientiae vice fungitur, e. c. मम भ्राता frater meus.

§. 216. Subjectum, si ex iis, quae antecedunt, intelligitur, ut in latino, non amplius exprimi solet. Ubi in latino, quum deficit nominativus, verbum pers. 3 plur. formam admittit, subaudito: homines etc., vel formam pers. 3 sing. cum: aliquis, quisque etc., etiam expressis; in sanskrito quoque pers. 3. in utroque numero adhiberi potest, quin tamen aliquod subjectum exprimi debeat, e. c. in plur. (Chrest. I. p. 9. Sl. 33.) आहुः dicunt, ib. p. 44 कुर्व्वन्ति faciunt; in sing. (Mitaksharae II. 45. a 8.) इतिनब्रूयात् hoc ne quis dicat; Chrest. I. 175. इति शंकते hoc quis objicit (ita quis dubitat); sic Hitop. ed. Ser. 43. नातिचेष्टेत ne quis contendat; त्यजेदेकं कुलस्यार्थे quisque derelinquat singulum propter totum (familiam) etc., Auctor libri etiam saepe in pers. 3. sing. subauditur, e. c. इत्याह hoc dicit, affirmat (auctor). etc.

CAPUT II.

RECTIO NOMINUM.

§. 217. Casus reguntur vi conceptuum, qui ipsi rationibus efficacibus formantur. Quo fit, ut in constructione etiam regi videantur

a verbis, praepositionibus, ac nominibus. Cf. §§. 39. seq. 44. seq. Ac in sententia primitiva quidem subjectum actionis est **regens**, objectum autem **rectum**, Illud exprimitur nominativo, hoc objectivo etc.

§. 218. Nominativus est forma subjecti regentis, in qua distinguendum hoc, qua causa atque regundi ratio definita. Neque casus primus confundendus cum rudi nominis forma, quae nullum rectionis vestigium gerit. §. 52.

Casus objectivus (कर्म).

§. 219. Usurpatur 1) ex ipso ejus conceptu in nomine illius, in **quod agens influit** vel influentis aut determinantis instar est, ubi verbum transitivum in forma activa adhibetur, e. c. रिपुंहन्ति hostem caedit, राज्यम्प्राप्नोति regnum accipit.

2) Idem fit, etiam si actio verbi indicetur **nomine**, e. c. राघवं स्नेहः amor in Raghi filium.

3) Casus 2 quóque adhibetur, (pro instrum.) si, quod est instrumentum, subsidium etc. **instar objecti** spectetur **tractandum**, quare dicitur दीव्यति अक्षां vel अक्षैः aleam vel alea ludit.

4) Idem usurpatur in nomine objecti, **ad quod** movetur, **appropinguatur**, (ubi alias usurpantur dat. et loc.), e. c. नगरंगच्छति in urbem vadit; मनसापरलोकमेति mente in mundum superiorem proficiscitur.

5) Quin etiam in nomine viae ipsius, पन्थानमेति viam vadit.

6) In nomine **spatii** aut **temporis**, per quod quid extenditur, e. c. सर्वमहः पठति totum diem legit, क्रोशंपन्थाः via Krośam (milliarium) longa; निशांस्वपिति per noctem dormit; चंक्रम्यते क्रोशान् per milliaria proficiscitur, बहूनिवर्षाणि per annos plurimos. Quare et numerus **distributivus** casum secundum admittit, e. c. शतं centeni (pro शतेन); quod tamen magis ad formam adverbii accedere videtur. Nam

7) Quae vim habent adverbii sive attributi absoluti, nomina, et quae objectivum actionis statum exprimunt, etiam admittere solent casum objectivum sive praedicati. e. c. माचिरं sine mora अवश्यं praeter voluntatem, necessario, प्रकामं libenter, स्वयं ex se ipso, वरं potius, अर्थं propter etc.

8) Verba memoriae etc. casum eundem admittunt in objectis, ad quae recordando etc. acceditur, e. c. पूर्व्वंस्मरति prioris recordatur; संज्ञानीहिशास्त्रं recordare legem.

9) Sunt verba, quae, si cum praepositionibus inseparabiliter jungantur, casum 2 postulant, nempe: विश् intrare, cum अभि, नि et प्र; sic स्था stare, आस् sedere, वस् morari, habitare, शी quiescere cum praep. अनु, अधि, उप, आ; porro क्रुध् irasci, cum praep. etc. e. c. लोकमधिवसति supra mundum commoratur.

10) Praepositiones plures et variae voces ejusdem fere potestatis (§. 94) hanc verbi vim in objectum exercent, ut etiam casum 2 regant, ejusque rationem definiant amplius, quam solo casus signo fieri posset. Illae sunt अभि, अनु, प्रति, अति, उप, परि etc., e. c. विद्युतमनुप्रावर्षत post fulmen pluit, कश्चिद्दुर्त्तते राजानमभि° aliquis adit regem, तम्प्रतिक्रोधः ira adversus eum, देवानधि ब्रह्म Brahmum supra daevas etc.

§. 219.b. Eadem praepositionum sive etiam adverbiorum vi et alia vocabula (cf. §. 95) casum object. regunt, nempe: विना, अन्तरेण, अन्तरा, ऋते absque, excepto, समया, निकशा prope, proxime; अभितः, सर्वतः, उभयतः, परितः, उपर्य्युपरि, अधोधः, अध्यधि; porro exclamationes धिक्, हा.

*) Cum nominibus, quae hoc modo in casu obj. cum praep. construuntur, non confundere oportet composita adverbialia §. 198. seqq.

Duo casus objectivi in sententia.

§. 220. Conceptus casus objectivi postulat, ut, si ex transitivo fiat causativum, transitivum duplex habeatur, mediativum simul et im-

mediativum, quo casus objectivus regitur cum in objecto tum in subjecto. Hic immediativus spectatur ut मुख्य principalis, proprius, ille vero mediativus ut गौण improprius, secundarius, vel remotus, e c. स्वधामागमयच्छत्रून् hostes mansionem suam intrare jussit, तत्त्वम् भक्तानबोधयत् principium sectatores docuit.

§. 221. Duos accusativos admittunt etiam verba seq., nempe: अर्थ् rogare, कृष् trahere, ग्रह् capere, चि colligere, जि vincere, दण्ड् punire, दुह् mulgere, नी ducere, प्रच्छ् interrogare, ब्रू dicere, मन् aestimare, putare, मन्थ् agitare. butyrum conficere, मुष् furari, रुध् includere, वच् dicere, वह् vehere, शास् cum अनु docere, हृ rapere, denique nomina, quorum (in indicibus) serie primum est पच् (पचादि). E. c. संजयम्वाक्यमब्रवीत् ad Sandshajam sermonem loquutus est; तमर्थयेऽहम्मोक्षं hunc rogo libertatem, गोपालानन्वशात्केलीन् pastores docuit lusum etc. Nempe casum objectivum admittunt objecta, quod, et id, unde quid tollitur; porro objectum, quod, et id, in quo quid includitur, vel in quem locum quid ducitur, rapitur; quid et pro quo quid maturatur; is, qui et quod docetur; qui et quo quis vincitur.

§. 222. Plures autem casus object. ita concurrere possunt, ut qui sit subjecti, qui vero objecti, nonnisi ex contextu erui possit. E. c. Dhrit. Serm. 22, 66. Quod inprimis fieri potest, si pro latin. accusativo cum infinitivo, ut saepissime fit, locum habeat constructio participialis.

§. 223. Aliqua verba causat. postulant pro hoc casu objectivo subjecti, casum instrum. sive passivi. E. c. रामः कपिभीरिपूनादयत् Rama hostes a simiis devorandos curavit. Quaedam utramque formam admittunt. cf. p. 26.

§. 224. Verbum aestimationis duos quidem objectivos habet casus, e. c. तम्मन्येपण्डितं hunc puto philosophum; attamen, si aestimatio contemtum habeat, pro casu object. adhiberi potest et dativus, e. c. न तं तृणं vel तृणाय मन्ये hunc (graminis) flocci non

pendo. Aliqua vero nomina etiam, ubi contemtus indicatur, casum obj. postulant, scil. अन्न, नौ, शुक, सृगाल. Verba emtionis vel duos casus objectivos, vel unum obj., alterum vero instrum. sive dativ. sumunt pro pretio aut quantitate.

Casus instrumentalis (करण).

§. 225. Casum 3 postulant 1) instrumentum, adjumentum ac subsidium quodcunque. Quare etiam 2) in subjecto adhibetur, si ut secundarium construatur cum objecto tanquam principali in nominativo et verbo in passivo (cf. §. 43) E. c. Dhrit. Śl. 12. शरैर्दिव्यैर्वारितमर्जुनेन sagittis coelestibus inhibitum ab Ardshuna. केनचिन्नबुध्ये non intelligor ulli. Chrest. I. p. 73. यैर्मत्सुतावबद्धाः a quibus filii mei ligati; ib. p. 6. Śl. 21. सहस्रैरन्वागतः a millibus comitatus. Dhrit. Śl. 15. दोर्भ्यांहतम्भीमसेनेन brachiis caesum a Bhīmasaena; ib. उक्तिव्याजेनदर्शयति sermone simulato monstrat. Rāmāj. I. II. 10. शकुनंशोचता-तद्व्याहृतम्मया portentosum dictum a me, volucrem miserato. Dhrit. 20. ज्येष्ठप्रीत्याक्लिश्यतः per amorem in natu maximum in angustia versantes. Chrest. p. 56. प्रसह्य दण्डेन prorumpendo acie ad lineam continuam instructa, ib. p. 41. भारतार्थंसंगृह्णातिसप्तषष्ट्याश्लोकैः: Mahābhārati argumentum 67 Ślokis complectitur.

Verum ab instrumento eoque, quod ut causa instrumentalis spectari potest, distingui oportet originem rei, sive causam efficientem, unde quid ortum est vel productum. Sic Chrest. I. 2. Śl. 5 कार्पण्यात् पुत्रप्रीत्या सहामि तत् ex imbecillitate indulgenti, per amorem erga filios, hoc sustineo. Cf. exempla supra posita.

3) Id, quo quid distinguitur, praeditum est, ornatur etc., etiam casum eundem instr. postulat, e. c. जटाभिस्तापसः studio ardentes cum cirris; नेत्रैर्भूषाभिर्दृष्टः शिवो जनैः oculis visus, cum ornamentis Siva ab hominibus.

4) Omnis modus, quo quid fit, etiam exigit casum instrumentalem. Quare et topus morbi, quo quippe hic distinguitur, e. c. अक्ष्णा काणः oculo caecus. Cf. Ramaj. I. II. 21.

5) Cui porro quid aequale aut simile est, plura etiam vocabula comparationis ac praepositiones, quae similitudinem cum aliqua re indicant, casum hujus tertium poscunt. Ejusmodi vocabula sunt: तुल्य, सम, सदृश etc. E. c. Bh. Gitae IV. 38 नहि ज्ञानेन सदृशम् पवित्रं non enim purificator scientiae similis etc. तेनवरं eo melius

6) Quocum quid sociatum, a quo comitatum, in casu instr. construitur; et praepositiones, quae societatem exprimunt, regunt casum eundem, nempe; सह, साकं, सार्द्धं, सम e. c. Chrest. I. 44 बलवता सह प्रसंगनं कुर्व्वन्ति cum hoc forti conjunctionem faciunt; ib. Dhrit. Sl. 29. सह कृष्णाया वसत: morantes cum Krishńa.

7) Si ope aut vi temporis vel spatii, per quod quid extenditur, quid fieri vel obtineri etc., sit denotandum, etiam casus instrumenti usurpari solet, e. c. माभ्यामधियैष्टवामयं mensium duorum spatio rhetoricam didicit. Cf. §. 219. 6. et infra Genit. et Locativum.

8) Quare et temporis circumstantiae, ope quarum quid effectum, vel quibus comitatum innuitur, eundem casum 3 admittunt; e. c. constellatio, in cujus ascensu quis natus etc., sic रोहिण्यासीत्कृष्ण: cum Rohińi fuit Krishńa. Verum et casus 7 hic locum habet.

9) Sunt voces, quae ex conceptu et etymo instrumentalem regunt, nempe: ज्ञा cum सं, nisi recordationem indicet, e. c. संजानीष्वस्वेन conscius esto tui ipsius, innotescas tibi ipsi. Huc pertinent attributiva प्रसित (a षि ligare, praeligatus) obstrictus, studiosus, deditus etc.; उत्सुक (ab उत् supra, multum, et सु producere, multum producens) ardenter nitens pro aliqua re dilecta, sperata, (quia per illam) etc.

*) Casus 3 pro genitivo etiam regitur a nominibus verbalibus, e c. casus subjecti in passivo, ut Chrest. I. 44. द्रुपदेन प्रतिज्ञातत्वात् ex Drupadis promisso, (ex consequentia promissi a Dru-

pade facti). Sic Dhājabhāga 2. b. नारदेन पृथगुक्तत्वात् ex ratione, qua separate dictum est a Nārada.— Saepius in eadem sententia casus instr. bis aut ter in diversa significatione ponitur, quod monstrant exempla, quae praecedunt.—Haud raro pro casu 3 subjecti in passivo etiam genitivus usurpatur. V. inf.

§. 226. D a t i v u s (सम्प्रदान).

Dativum postulat 1) id, cui quid tribuitur, infertur, refertur etc., quod dativum commodi et incommodi; porro cui quid proprium est.

2) Id, versus quod quid dirigitur, aut movetur (ubi tamen etiam haud raro locativus, et frequentius objectivus locum habet), e. c. नगरायगच्छति in urbem proficiscitur (etiam नगरं et नगरे)

3) Quod rationem finalem vel scopum constituit, e. c. जगतः हिताय ad salutem mundi: पुष्पायवनंयाति ob florem in hortum vadit.

4) Cui quid aptum est, idoneum, sufficiens etc. E. c. गमनाय शक्तः ad eundum aptus; अलंगोपलःकंसाय Gopala sufficiens Kansae; Chrest. I. 29. seq. ऊहापोहकुशलः perscrutando perscrutandi peritus; विद्यायैप्रभुः scientiae potens. Hoc autem sensu etiam infinitivus verbi frequenter potest usurpari.

5) Cui attenditur, promittitur, placet, blanditur, debetur, irascitur, invidetur, insidiatur, contra quem accusatio instruitur, objectum contemptus, vituperii, desiderii etc., Dativum admittunt, praecipue vero in constructione cum verbis श्लाघ् adulari, laudare, स्पृह् desiderare, शप् jurare, राध् quaerere, ईक्ष् videre, respicere, attendere, श्रु (audire) cum आ vel प्रति promittere, गॄ (sonare, loqui) cum प्रति vel अनु excitare, धारि (a धृ) debere, क्रुध् irasci कुप् irasci, द्रुह् insidiari; denominativum असूय vili pendere, e. c. रामायाशुश्राव राज्यं Ramae regnum promisit, स्पृहयतिगंगायैमुनिः Munis desiderat Gangam; मित्रायकुप्यति amico irascitur; Dhrit. Sl. 2. मेनचासूयितुमर्हसि mihi exprobrare te indignum foret, cf. Chrest. I. 27.

*) At शप् *etiam accusativum admittit, ut Dhrit. Sl. 75. पुत्रंशशाप filium execratus est etc. * cum अभि c. § 219. 10.

6) Cui fit prosperitatis precatio, salutatio etc. inprimis cum vocabulis sequentibus: नमः, स्वस्ति, (in sacrificio manibus facto) स्वधा, स्वाहा, वषट्, e. c. गणेशायनमः Ganaesae salutatio, vel reverentia. स्वस्ति राज्ञे salus regi etc. Huc accedunt voces मद्रं, भद्रं, कुशलं, सुखं, आयुष्यं, quae vero etiam genitivum admittunt.

7) क्री emere cum परि quoque dativum admittit ejus, quo quid emitur, cf. cas. 3. * नमस् cum कृ regit accusativum cf. § 219. 10.

A b l a t i v u s (अपादान)

§. 227. Ablativum exigit 1) causa rei efficiens, producens, materialis geneseos locus, ratio consequentiae, e. c. Dhrit. Sl. 5. कार्पण्यात्सहामितत् ex imbecillitate hoc patior; Sl. 13. जातुषाद्वेश्मन् ex resina domus (constructa); Sl. 24. वरदानाद्धृष्टाः eximio munere gavisi. Chrest. p. 58. पतिव्राताकोपात्-नष्टाजयाशा ex indignatione vindicatae a maritis — destructa est victoriae spes etc. इति मनुना-विधानात् hoc ex Mani praecepto. Bhag. Gitae II. 63. क्रोधाद्भवतिसम्मोहस्सम्मोहात्स्मृतिविभ्रमः। स्मृतिभ्रंशाद्बुद्धिनाशोबुद्धिनाशात्प्रणश्यति ॥ Ex ira existit dementia, ex dementia memoriae aberratio, ex memoriae aberratione scientiae (rationis) extinctio, ex rationis extinctione ipse disperit.

2) Id, u n d e quid quovis modo venit, sumitur, separatur, desistit, cedit, decidit, errat, retinetur, a quo se abscondit, liberatur, timet, tegitur, vel contra quod defenditur. E. c Dhrit. 25. आगतः शक्रलोकात् reversus ex Indrae mundo; आसनादुद्हसन्ति de sedibus rident. गृहात्प्रेक्षते e domo proscipit; नगरात्त्वम् ex urbe tu; कूपादन्धंरक्षति caecum a puteo servat; अन्तर्धत्तेरिपोः se abscondit ab hoste; व्याघ्राद्बिभेति a tigride timet. Râmâj. I. 1. 51. रक्षोभ्यः-भयात् ex metu a Rakshasis. पदाद्भ्रष्टः de sede lapsus.

भ्रातुर्भीतः fratrem timens; जुगुप्सितः पापात् vituperatus ob vitium; पराजितो दुःखात् devictus a dolore; अप्रमत्तो विधेः non caecus in lege; अत्तविद्यः सतः fruitus scientia a probis; मुनेर्जातः a sapiente genitus; शोकादुरितः ab aegritudine exemtus etc.

3) Id, quod cum comparativo, pro quo saepe positivus collocari solet, vel cum alio vocabulo in sensu comparationis, vel cum voce construitur, quae significat alium, diversum etc. पाषाणादपिकठिनः ipso lapide durior; भ्रातुर्वर्षेणावरः anno junior fratre; सर्वेभ्यः श्रितमः omnium felicissimus (omnibus felicior); अन्योब्रह्मणो नमुक्तदः,aliud ac Brâhmum libertatem non tribuit. (Cf. cas. 3.)

4) Quod construitur cum praepositionibus, aliisque vocabulis. ubi sensum habent, qui accedit ad conceptus praecedentes; inprimis si rationem in tempore et spatio congruam indicent, nempe separationem, distantiam, exclusionem etc., ablativum postulat, scil. अप e. c अपकलिंगात्संचरन्ति de Kalinga conjunctim proficiscuntur. अपात्मनः संसारोनास्ति si spiritum excludas, non est universum. 2) आ usque ad. e. c. आमृत्योः usque ad mortem. 3) आरात् dissite, e. c. गंगाया आरान्नगरः urbs a Ganga distans. 4) ऋते in sensu excipiendi (cf. cas. obj.), e. c. ऋते ज्ञानात् excepta scientia), 5) परि circa, e. c. परिग्रामाद्वृष्टः circa villam (extra villam pluit.

6) प्रति, si substitutionem aut compensationem denotet; e. c. विष्णुः शिवात्प्रति loco Śivae Vishńu.

7) साक्षात् ut Dhrit. 23 शक्रात्साक्षात् coram Indra.

8) Etiam vocabula पूर्व, पर, अवर, दक्षिण, उत्तर, अधर, बहिर्, अन्तर, et alia, quae directionem aut situm in spatio et tempore indicant. E. c. वनात्पूर्वोगिरिः mons in orientali silvae parte, मध्याह्नात्परः post meridiem etc. Vox प्रभृति quoque in sensu: ulterius, e. c. तस्मात्प्रभृति exinde ultra. (Cf. pag. 168. seq.

Casus locativus (अधिकरण).

§. 228. Ratio eadem, similis aut congruens in conceptu, tempore aut loco, vel in iisdem unio (identitas) notatur locativo. Scil. 1) Id, in cujus notione quid concipitur, locativum postulat. Sic ad linguae radices explicandas adhibentur nomina in locativo, e. c. द्विष अप्रीतौ *dvish* in odio (displicentia); रद् वाचि *rat* in lingua (sermone); विद् ज्ञाने *vid* in scientia; यज देवपूजासंगतिदानेषु *jadsh* in deorum cultu, comitatu, et dono etc.

2) In quo quid est quovis modo interno vel externo, re et materia, vel mente, fiducia, inclinatione, observantia, studio, proposito, scientia, experientia etc. E. c. Dhrit. Śl. 25. वधार्थे यान्तं caedendi consilio profectum; रामे निवेदितं सर्व्वं Ramo confisum omne; तिलेषु तैलं in olei semine oleum etc. Quare et प्रसित ac उत्सुक (cf. p. 188. 9.) etiam cum locativo construi possunt.

3) Quod contemporaneum est re aut influxu: unde et conditio, hypothesis, concessio, et quod alias casum absolutum exigit: porro quo invito quid est: constellatio, in qua quid accidit (cf. p. 188. 8.) etc. E. c. दिवसे त्रयोदशे die decima tertia, मृते पितरि ते — वनादेत्य mortuo patre ipsi — e silva profecti. Bhag. Gita- स सर्व्वेषु भूतेषु नश्यत्सु न विनश्यति hic omnibus entibus disparentibus non disparet, Ramaj. II. XLIV. 1. रामे दक्षिणकूलस्थे जगाम — गुहः quum Rama in litore dextro moraretur, ivit Guha etc. Ibid. II. XLV. कुमारे भरते वृत्तिर्वर्त्तितव्या राजवत् Quum Bharata sit regis filius, observantia adinstar regis colendus est, Dhrit. Śl. 80. एवं गते Ita quum evenerit, (vitam relinquere desidero). Mitaksh. II. 45. a. स्यात्स्वत्वस्य लौकिकत्वे foret (verum), si jus proprii veniret ex natura materiali, et ib. paulo ante — गम्ये स्वत्वे etc. Porro Dhajabhaga 8. a. जीवत्यपि पितरि पितृधनेषु पुत्राणां स्वामित्वे पितुरनिच्छयापि विभागः स्यात् si, ipso patre vivente, filii jus haberent possidendi opes patris, contra voluntatem patris adeo partitio fieri posset. बहुषु क्रोशत्सु गतः etsi multi clamarent, ivit etc. (cf. genitivum).

3) Locus, in quo, prope quem, supra quem quid est, etiam saepe ad quem movetur, cui adpropinquatur (cf. §. 184. 4); porro ea, inter quae quid, comparatum cum iisdem, distinguitur. Chrest. I, 184. तयोर्मध्येकतरः श्रेयान् eorum (in medio) uter melior? गतः पार्थः शक्रलोके profectus est Pārtha in coelum Indrae etc.

Quemadmodum autem illorum casuum conceptus ipsi quodammodo sunt affines, atque in eadem re plures simul locum habere possunt, usus etiam illorum quandoque formis confundi videtur, e. c. instrum. et locativi; locat. quoque instr. et ablativi etc. Neque tamen in sanskrito absque discrimine pro invicem adhibentur. Contra lingua latina cas. 3. 5. 7. unico ablativo indicat, et graeca pro quinque casuum conceptibus nonnisi duas habet formas, quarum usum ex linguae sanskritae grammatica distinctius definiri posse putamus.

Genitivus (casus conjunctionis सम्बंध).

Cf. §§. 47. a. 206. 215.

§. 229. Genitivi usus videtur principalis, ubi praeter subjectum in sententia etiam praedicatum (alias objectum) substantive adhibetur. Quippe, ubi a verbo eorum nexus non regitur, generatim ita conjunguntur, ut nulla alia ratio subjecti cum praedicato sit definita. Itaque per formam genitivi hic nihil exprimitur nisi sola connexio generalis, non autem aliqua inhaerendi aut dependendi ratio eo determinata. Ex duobus autem substantivis conjunctis, in quacunque alia ad se sint ratione, illi imprimitur genitivi forma, quod ut secundarium cum primario altero est connexum aut cogitatur. Quare in passivo pro subjecti casu insrumentali frequenter poni solet genitivus, inprimis si praedicatum (objectum) sit participium pass. (cf §§. 43. 45. 225.) E. c. Chrest. I. 35. पाण्डवानामुपहृता सभा palatium a pāṅdavis occupatum. Dhrit. Śl. 77. श्रुता मे त्रयो॰ auditi a me tres. etc. Chrest. I. 53. अस्माकमजेयाः पाण्डवाः a nostris non vincendi Pāṅdavae; Dhrit. Śl. 24. देवैरजेयाः a diis non vincendi. Ib. Śl. 26.

देशेमानुषाणाम्मगम्ये in regione, hominibus impervia etc. Quare genitivus objecti se habet ad genitivum subjecti, ut activa sententiae forma ad passivam. Quo fit, ut et pronomen possessivum exprimi possit pronominis personalis genitivo, cf. §. 215.

*) Si ratio subjecti et praedicati sit causativa, pro genitivo subjecti etiam adhibetur ablativus (causae casus), e. c. मत्सुतः et ममसुतः filius meus ut मममतिः mens mea. Quin etiam in sing. quinto et sexto casibus terminationes com. easdem esse (cf. §. 53.) novimus, atque, ubi in sanskrito ex conceptu ablativus postulatur, a Graecis genitivum usurpari etc.

**) Porro ex generali genitivi ratione concipitur varius ejusdem usus, qui et in sanskrito quandoque fit substituendo eundem pro aliis casibus. Magis vero hoc locum habet in linguis, quibus plures casus deficiunt. Quo etiam factum est, ut genitivus nomina sit sortitus, quae valde generalia sunt, ac fere indefinita, e c. id complementi etc.

Ac 1) in genitivo construi possunt nomina subjecti, ut auctoris, generantis etc. E c. मनोर्धर्मशास्त्रं Mani legum codex, राज्ञः पुत्राः regis filii etc.

2) Objecti est genitivus recordationis, oblivionis, desiderii, miserationis, e. c. Bhag. Git. VI. 30. तस्यप्रणश्यामि ejus obliviscor, cf. pag. 185. 8.

3) Etiam genitivus genericus, partitivus, comparationis vel similitudinis cum illo conceptu congruit. E c. Dhrit. Śl. 77. त्रयोऽस्माकं tres ex nostris, पुरुषाणांशूरतमः hominum fortissimus, पशोः समः animali similis etc. — Generatim comparativus non solum ac superlativus, sed etiam positivus atque alia vocabula, ubi sensum comparandi habent, admittunt et quandoque postulant vel genitivum vel ablativum vel locativum atque etiam interdum instrumentalem nominis illius, quocum quid comparatur.

4) Subjectum sententiae in genitivo construitur cum verbis अस्, भू expressis, aut, frequentius, subauditis, e. c. तवशर्मोभूयात् tibi sit quies. Pro hoc genitivo dativus raro collocatur.

5) Genitivus ex qualitate, modo, forma, potentia, peritia, habilitate, e. c. cum vocibus कुशल, निपुण peritus. E. c गमनस्यशक्तः eundo par etc. Et hic saepius c. 4 ac 7 locum habent.

6) Ex possessione, proprietate, materia etc. objectivus possessivus, e. c रहस्यज्ञानं arcani scientia, भारतस्यश्रवणं Mahābhārati auditio etc.

7) In genitivo construitur id, quo quid completur, satiatur, (ubi et cas. instrument.), quare cum verbis et adjectivis copiae ac inopiae. E. c. Bhag Gīta नाग्निस्तृप्यतिकाष्ठानां ignis non satiatur lignis etc.

8) Is, in cujus contemtum, quo invito quid fit (ubi et c. 7), e. c. बहूनांक्रोशतांगतः etsi multi clamarent, profectus. c. Dhrit. 10.

9) Illud cujus haeres, testis, sponsor quis est, cum vocabulis दायादः, haeres साक्षि testis, प्रतिभूः, sponsor, आयुक्तः deditus, adhibitus etc., ubi et cas. 7 adhiberi potest.

10) Genitivum admittunt illi, inter quos quis natus est, cum प्रसूत (ubi etiam cas. 7).

11) Genitivus quoque construitur cum adverbiis, quae formam casuum 3. 5. 7. habent, ad situm indicandum aut rationem in spatio, e. c. उत्तरतोगृहस्य in domus septentrione etc. Ac ubicunque pars temporis aut spatii est denotanda, e. c. क्रोशस्यैकदेशेपर्वतः mons, qui in una parte milliarium habet; अह्नोद्विरधीते die bis legit.

12) Etiam nomen ejus, cui quid dicitur, narratur, monstratur, genitivum (pro objectivo) admittere potest, inprimis cum verbis वच्, ब्रू, शंस्, दृश् etc (cf. §. 221), e. c. Rāmāj I. I. 69. सुग्रीवस्यतत् सर्वंरामोऽशंसत् Sugrivae hoc totum Rama narravit. ब्रूयुःशिष्यस्यगुह्यं dicant discipulo arcanum.

13) Genitivum sumit, quod quis ludendo perdit, e. c. हिरण्यस्य द्यूतेजीयते auro punitur in lusu.

*) Nomen, quod genitivum exigit alterius, etiam frequenter hoc in forma rudi, sive non flexum secum constructive conjungit.

Vocativus (सम्बोधन §. 47. b).

§. 230. Vocativus ponitur vel cum particulis vocandi हे, भोस्, भगोस्, अघोस् e. c हे राजन् o rex! — vel solus, ac in quocunque sententiae loco, ab initio, in medio aut in fine. E. c. Dhrit Sl. 2. शृणु संजय सर्वं audi, Sandshaja! totum, ib. Ś́l. 80. संजयैवंगते cum ita evenerit. Sandshaja! etc. Chrest. I. pag. 124. II. p. 2. Usus vero illarum particularum humanitatis lege definitus erat, atque etiam consuetudine in Dramate. Cf. Manu II. 124. seq. etc. Quare rex Sudarsana congregatos sapientes alloquutus est, in Hitop. ed. Ser p. 7. भोभोः पण्डिताः etc.

CAPUT III.

SYNTAXIS PRONOMINIS. ARTICULUS.

(§§. 79. 41. seq.)

§. 231. Quae de attributivorum convenientia §. 109. seq. et pag. 65. seq. ac nominum rectione §. 217. seq. dicta sunt; eandem vim habent in pronominibus, qua vel attributivorum vel nominum loco sunt.

§. 232. Pronomen demonstrativum haud raro articuli definiti more ad sensum nominis definiendum adhibetur. E. c. Dhrit. Śl. 13 तान्पार्थान्पञ्च (hos) quinque Pārthos. Cf. Sl. 24. 29. 40. et multis aliis locis. Haud raro idem pronomen significat identitatem, et in loco copulae est. E. c. Dhrit. Śl. 34. नरनारायणौ तौ कृष्णार्जुनौ Naram et Nārājanam eosdem esse ac Krishńam et Ardshunam.

§ 233. Quin ad majorem vim indicandam, aut pronominis demonstrativi forma diversa in eodem casu etc. simul usurpatur, aut

idem anteponitur personali et relativo, e. c. स एषः hic ipse; सोयं (pro सः अयं cf leg. orthoep.) hic ipse, hic idem; सेयं haec eadem, haec ipsa; तस्यास्य hujus ipsius. Cf. Chrest. I. 156. 158. etc. एषो ऽहम्-hic ego, ego ipse; योऽसौ qui ipse; idem, qui. Sl. 153. येयम्प्रोतविधिर्विकित्सामनुष्येऽस्ति quae haec praetexta dialectica in homine est. Chrest. II. p. 2. Sl. 7. et Sl. 11. यत्तद् quod ipsum etc. Pronomen vero demonstrativum, quod refertur ad praecedens relativum, saepe omittitur.

§. 234. Pronomen personale, si in verbi forma et ex contextu intelligatur, omitti solet; verum ad vim peculiarem denotandam etiam exprimitur, e. c. Dhrit. Śl. 39. नाहंयोत्स्ये non ego dimicabo.

§. 235. Cujuscunque generis ac formae sint pronomina in sanskrito, frequenter jungi solent. Ejusdem autem repetitio in eadem forma sensum ejus indefinitum exprimit. E. c. Mani I. Śl. 10 तायद्स्यायनं bae, quia ejus deversorium; ib. I 20. (in Chrest. II. p. 6) योयोयावतिथः-एषांसस्तावत्० quivis quatenus — eorum hic idem (quivis) eatenus etc. Cf. §. 152. 12. Sensus relativi indefinitus indicatur quoque repetendo eandem vocem, e. c. देवः देवः quivis deus. Verum etiam relativo non repetito sensus indefinitus esse potest, e. c. योयदिच्छति quodcunque quis desiderat. Aliqua pronominalia juncta sensum peculiarem obtinent, e. c. यथातथं congrue, recte etc. (per ellipsin; ad verbum: quomodo, ita) vel etiam यथायथं prout, sicut (ad verb. quomodo quomodo). Cf. Dhrit. 8.

§. 236. Pronominum personalium forma in quibusdam casibus brevior, quae in tab. declin. notata est, non usurpatur: a) ab initio sententiae vel versus, nec (नः, वः) post vocativum absque adjectivo; b) in concursu cum particulis quibusdam च, एव, वा, ह, अह (exclam.) etc., c) cum verbis, quae indicant videre (mente, intueri).

§. 237. Pronominis demonstrativi एतद् forma, ubi pro त sumit न (cf. p. 66 Not. 3) in conjunctis potissimum usurpatur sententiis, sive particula conjunctiva expressa sit sive subaudita. E. c. Bhag. Gîta

II. 19. (in Chrest. II. p. 86). यएनंवेत्तिहन्तारंयश्चैनम्मन्यतेहतम्॰ qui hunc putat caedentem, quive hunc caesum etc.

§. 238. In adlocutione adhibetur persona secunda. E. c. Rāmāj. I. IX. 36. भक्षय—यदि तेरोजतेऽनघ edas — si tibi placet, insons! Mahābhār. exord. Śl. 7. in Chrest. I. कुतो आगम्यतेसौते unde advenisti, Sautis! भवन् pronomen dignitatis cum pers. 3. etiam saepe in plur. usurpatur भवन्तोधर्मंश्रोतुमिहागताः ad te domine! huc veni de jure auditurus.

CAPUT IV.

SYNTAXIS VERBI.

Copula.

§. 239. Saepissime omittitur copula, ubi duo nominativi, (haud raro casuum absolutorum more) junguntur, maxime si eorundum unus sit participium aut nomen verbale; verum et aliud attributum esse potest. E. c. Mitaksh. II. 44. व्यवस्थापनं—विभागः—distributio in partes (est) partitio haereditatis; Rāmāj. I. II. 18. मानिषाद प्रतिष्ठांत्वमागमः॰ Ne, Nishāda! statum firmum attingas etc. Subaudi एधि vel स्याः etc., pro quo pronomen त्वं positum. Bhag Gīt. II. 16 उभयोरपिदृष्टोऽन्तः amborum autem visus finis (internum). Copula etiam omitti potest, ubi objectum possessum, proprium etc in nominativo et subjectum in genit. construuntur.

De verbis transitivis et intransitivis.
(Cf. §§. 98. 100).

§. 240. Transitive flectuntur verba, 1) majorem partem ea, quae sensum habent transitivum, 2) ex causativis ea, quae ex primitivis intransitivis formantur, et pro objecto habent ens animatum, e. c. माताबालंशाययति mater infantem tranquillat, 3) quae ex transitivis facta, referuntur ad objectum inanimatum, 4) intransitiva varia, si cum praepositionibus componantur, e. c. स्था cum उत etc.

5) Alia, cum vocabulis constructa, quae reciprocam actionem denotant, e. c. परस्परम्व्यतिलुनन्ति se invicem amputant etc.

§. 241. Intransitive flectuntur, 1) quae in radicum indicibus litera ङ indicativa notantur, 2) majorem partem ea, quae actionem intransitivam significant; quare, (si litera अ indicentur) ubi actionis effectus redit in agentem. E. c. यजते (pro se) sacrificat. At यजति याजकः sacrificulus (pro aliis) sacrificat. दासते dat (propter se) दासति dat (propter alios); sic चत् quaerere, दा dare, cum सं etc., 3) verbum primitive intr. in forma causativa, cujus objectum est inanimatum, e. c. वायुः धान्यं शोषयते ventus fruges siccat; verbum primitive trans. in forma caus., cujus objectum est animatum, e. c. धर्मं कारयते पुरुषैः justitiam ab hominibus colendam curat; 4) quae agendi similitudinem exprimunt, e. c. व्यतिभवतेऽर्कमिन्दुः solem imitatur luna (oriendo et occidendo); 5) plura ut गम्, ऋच्छ्, ऋ ire, et cum आ, प्रच्छ्, स्वृ, porro विद्, दृश्, si cum सं componantur, etiam, ubi intransitivum habent sensum, formam intransitivam admittunt. 6) Plura verba, si sensus sit intrans., e. c. तप् accendere cum उत् vel वि, etiam cum अनु (poenitere अनुतप्); नी ducere cum वि (removere); यम् cohibere et हन् caedere cum आ; दा dare cum आ (accipere); कॄ spargere cum अप (subjicere); स्मृ, ज्ञा, दृश् in forma desid.; यम् cum उप, ducere uxorem; वद् loqui cum अनु repetere, porro cum वि (disputare), cum सं, प्र (colloqui), cum अप, (vituperare); क्री emere cum परि, वि, अव; जि vincere cum वि, परा; विश् cum नि; हृ cum अनु. Denique स्था, कृ, क्रम् et al. cum praep. variis.

§. 242. Ubi sensus reflexivus indicatur per aliam in sententia vocem, alterutra verbi forma ad libitum usurpatur.

§. 243. Praepositio वि cum अति (व्यति) verbis significationem reciprocam tribuit, e. c. व्यतिहसन्ति unus alteri irridet.

DE SYNTAXI MODORUM ET TEMPORUM.

Cf. §. 101. seq.

Indicativus. Praesens.

§. 244. Praesens usurpatur 1) non solum ad praesentem actionem indicandam, sed etiam 2) eam, quae possibilis solum aut alias consueta, ac eam quoque, cujus quis est par, cupidus etc. E. c. प्रत्यक्षतत्त्वम्प्राड्डितास्तर्कयन्ति visibilium principium investigare solent sapientes. बाला: क्रीडन्ति pueri libenter ludunt; 3) pro tempore, quod modo fuit aut erit, e c. आगच्छामि modo veni, aut: modo veniam, 4) pro futuro, si praesens construatur cum pronomine interrog. किम् ejusque derivatis. E. c. कदा पश्यामि सत्यं quando verum videbo? Etiam cum कर्हि, कतर, कतम, porro cum पुरा prius, यावत् quatenus, quo, quando etc. पुरा कल्की दृश्यते prius quam videbitur Kalki, (Vishńi forma decima, futura). 5) Pro futuro etiam in sententiis causalibus, conditionalibus, cum यदि, चेत् si, vel pronomine relativo conjunctis, e. c. यो ज्ञानाय न यतते न स मोक्षं प्राप्नोति, qui non tenderit ad scientiam, libertatem non obtinebit *). 6) pro praeterito; ubi praesenti subjungitur particula स्म, e. c. संयच्छते स्म concessit etc.

*) Hoc in loco, ac ubi materia subjecta, ne nimis disjecta ac minus integra tractetur, postulat, anticipamus syntaxin sententiarum.

Praeterita cf. §. 101.

§. 245. Etsi temporum praeter. usus in sanskrito majorem admittat libertatem, atque unum haud raro usurpetur pro alio, ex usu tamen frequentiori praeteritum primum magis respondet latinorum nunc perfecto nunc inperfecto, *fuit*, *erat*; praeteritum remotum vero nunc perfecto nunc plusquamperfecto *fuit*, *fuerat*; praeteritum autem indefinitum nunc plusquamperfecto nunc imperfecto, *fuerat*, *erat*; atque hoc etiam haud raro pro praesenti adhibetur. Verum sensus ac usus temporum magis distinguitur a recentioribus.

§. 246. Ac **primum** quidem, praeteritum in praesenti tempore, usurpatur in narrationibus maxime, atque cum participiis praet. indeclinabilibus et aliis construi solet. E. c. Dhṛit. Śl. 1. seq. post casum in eadem sententia absolutum, et duo alia participia praet. indeclin. sequitur चिरंध्यात्वा- अब्रवीत् quum diu deliberaverat — dixit; ib. Śl. 7. seq.- प्राप्य-संहित:-द्यूतममन्त्रयत quum — contraxerat — consociatus — lusum consuluit. Mahābh. Exord. Śl. 122 तेऽधीत्य- वेदान्-न्यवसन्तत्र॰ hi, cum didicerant Vaedas, — commorati sunt ibidem etc. Ib. Śl. 110. जित्वा- न्यवसत् cum vicisset — moratus est. Mahāb. Ex. in narr. Śl. 119. seq. अभवत्, आसीत् etc. Eodem modo in Mani codice, ubi narratur, praet 1. usurpari solet, e. c. I. 1. अभिगम्य॰-अब्रुवन् quum adgressi fuerant, dixerunt; ib. I. 5. आसीदिदम्॰ fuit hoc etc.

§. 247. Praeteritum **remotum** inprimis plusquamperfecti vim habere videtur, sive praeteriti in praeterito. E. c Dhṛit. Śl. 51. Ex quo omnes, postquam juvene caeso laetitiae speciem habuerant, हृष्टरूपाबभूवु: Pārtham (autem) laedendo impares (fuerunt) अशक्नुवन्त: (subaudi आसन्), non spero etc. Verum saepius etiam usurpatur pro praeterito primo, et promiscue cum illo. Sic Mani I. 5. seq., ubi narratur genesis mundi, Śl. 6. praet. 1. प्रादुरासीत् manifestus fuit. Śl. 7. praet. remot. सएवस्वयमुद्बभौ hic quidem ipse eluxit; Śl. 8. idem अपएवससर्जादौ aquas creavit a principio; ib. praet. primum तासुबीजमवासृजत् in iisdem semen emisit; et Śl. 9. praet. 1. तदाण्डमभवद्धैमं hoc ovum fuit aureum. At in eodem Śl. praet. remot. तस्मिञ्जज्ञे in hoc genitus est. Sic praet. primum, अब्रवीत् e. c. Dhṛit. Śl. 2. 79. (cf. Mani I. 1. et a. l.); verum non minus frequenter praet rem. उवाच , e. c. Mani I. 4. Dhṛit. 39 etc., utrumque eodem temporis sensu usurpatur. Quin Dhṛit. Śl. 39 et 75. शशाप praet. remoti sensus adhuc magis videtur indefinitus. Nam hic, ut in aliis Ślokis ejusdem constructionis, शशाप locum haberet praesentis sive aoristi, nisi hoc ipso tempore mens vatici-

nantis verteretur in praesentiam (dolorem uxoris, regnum amissum), quam execratio facta praecessit.

*) Aliqua verba, in hoc praeterito flexa constanter sensum habent praesentis, nempe आह् dixit, वेद् novit etc. cf. p. 101. f. 100. c. 114. c.

Praeteritum indefinitum.

§. 248. Hoc non pro quovis solum praeterito sed etiam quandoque pro aliis temporibus adhibetur. E. c. Dhrit. Śl. 10 यदाश्रौषं — नासंसे cum perspexerim — (cum perspiciam) — non spero; ubi desperatio perseverat; visio quidem momentaneum temporis ex sensu loquentis videtur indicare: ac dudum viderat, quod futurum esse praedicat, quippe qui ex eo, quod ante vidit, conniverat etc. Verum adhuc videt loquens, atque id, quod intuetur, saepius in praesenti, quam in praeterito designat; quin ipsa utriusque constructione utitur eadem, ac cum पदाश्रौषं०, e. c. Śl. 47. यदाभीषयन्ति० cum terreant — non spero; Śl. 48. यदाननिहन्ति० cum non caedat — non spero etc. Cf. Chrest. I. p. 42.

§. 249. Indefinitus hujus praeteriti sensus etiam in eo valet, quod, ubi amisso augmento cum particulis negativis vel prohibitivis मा aut मास्म componatur, eandem temporis prorsus indefiniti vim habeat ac imperativus, e c. माऽभूत् idem ac माभव ne sit, ne fiat, ne factum sit. Quare in hac quoque forma significationem exprimit eandem ac conjunctivus, qui ipse est aoristus. E. c. Anandae an. in Chrest. pag. 170. सुखम्मेस्याद्दुःखम्माभूत् voluptas mihi sit, dolor ne fiat etc.

Futura.

§. 250. Licet futuri utriusque usus apud antiquiores etiam raro magis distinctus videatur ac praeterit.; fut. tamen indefinitum frequentius adhibetur, ubi notatur voluntas, necessitas, ratio ad aliud tempus, eventus indefinite praevius, ubi in latino fut. periphrasticum;

e. c. Dhrit Śl. 9. श्रुत्वा–ततोज्ञास्यसि cum audieris — ex eo cognosces. Anand. an. Chrest. p. 184. इतिवक्ष्यति hoc vult dicere; Rāmāj. I. VIII. 28. तस्यपुत्त्रोभविष्यति hic habebit filium. Ib. Śl. 29 seq. Fut. indefinitum etiam pro conditionali ac latinorum futuro exacto ponitur. E. c. Bh. Gītae II. 33. चेत्–नकरिष्यसि–ततः–अवाप्स्यसि si non — feceris, inde — obtinebis, vel: si non — faceres, inde — obtineres. Cf. Bh. Gīta IV. 16. etc.

§. 251. Exemplum promiscui temporum usus, quod ex Mugdhabhoda ab aliis affertur, sensum admittit magis definitum. Nempe:

शेतेसमीनकूर्म्मकोलाऽभवन्नृहरिवामनजामदग्न्याः। योऽभूत्
बभुवभरताग्रजकृष्णाबुद्धाःकल्कीसतांचभविताप्रहरिष्यतेऽरीन् ॥

i. e. ad verbum sedet hic, qui piscis, testudo et verres fuit (अभवत्); Anthropoleon, pumilio, Dshamadagnja qui (quum) fuerat (अभूत्), factus est (बभूव) Bharatae natu major. Krishna, Buddha, et Kalki fiet (भविता), proborum hostes perditurus (est प्रहरिष्यति — sive cum — erit, perdet). Sensus verborum hoc in loco ex ordine formarum Vishni definitur, quae in eadem serie hic se consequuntur, in qua putantur reipsa adparuisse. Praesenti, शेते — respondet praet. I.–अभूत् vero est in loco praet. plusquamperf., ad quod refertur praeteritum sequens, quod postea praeteriit. Et futurorum ratio hic est definita.

Conjunctivus (विधि, सम्भावना).

§. 252. Hic modus minus indicativo, in tempore definitus, unicam habet formam, quae exprimit possibilitatem (quare etiam potentialis est), porro convenientiam, invitationem, vocationem, consilium, monitionem, petitionem, desiderium, quaestionem, rogationem, destinationem, praeceptum, conditionem etc. Ejusdem antem intempore vis ac sensus definitur indicativo ac contextu, a quo pendet. E. c. Rāmāj. II. 67. 9. तेवृक्षान्माहिंस्युरितितेनाहमायातः।

hi ne arbores *laedant*, sic, exinde ego una adveni. Ib. II. 71. 5. यद्द्रव्यंबन्धवानां-क्षयेभवेतानाहंतत्प्रतिगृह्णीयां। quaecunque res cognatorum ruinae *esset* (si eam sumerem), hanc ego non acciperem. Bh. Gītae I. 46. यदिमाम्-हन्युस्तन्मेक्षेमतरंभवेत् si me *occiderent*, hoc mihi melius *foret*. इहशयीत hic dormire velit; प्राप्तस्तेकालःकुर्य्याः tempus tibi opportunum, (quo) *facias* etc. प्रेषितस्त्वंगंगांगच्छेः missus ad Gangam *proficiscaris*; भोजनंलभेयं utinam cibum *acciperem*; किंतर्कमध्यीयीय an logicam *addiscam*? Bh Gīt. III. 23. यदि-अहन्नवर्त्तेयं-ममवर्त्मानुवर्त्तन्ते। si ego non viverem — viam meam sequerentur (pro quo in praes. *sequuntur*). Et Śl. 24. cum चेत् particula conjunctiva: उत्सीदेयुरिमे-नकुर्य्यां tollerentur hi — nisi (opus) facerem etc. In lexicis etiam, ubi vocabulo cuivis, quae habet, synoyma adduntur, id fieri solot cum copula in conjunctivo, e. c. स्यात् *sit*, pro idem est, ac; esse dico, esse potest etc.; aut स्युः *sint* etc., e. c. Amara Kosha I. 1. प्रमथाःस्युःपरिषदाः Pramathae *sunt* (Śivae) famuli.

§. 253. Conditionalis, cujus usus est minus frequens, quandoque locum habet optativi graecorum, et aliarum interdum formarum, inprimis cum particulis यदि, चेत्, यदा in sententiis compositis, ubi in enuntiatione consequenti particula conjunctiva तदा etc., ut alias, haud raro omitti solet, utriusque autem membri verba duo eundem modum admittunt. E. c ज्ञानंचेदभविष्यत्सुखमभविष्यत् si sapientia esset, felicitas foret. Verum conditio ac concessio frequentius exprimuntur ope conjunctivi ac futuri indefiniti atque etiam praesentis. E. c, Bhag Gīta IV. 36. अपिचेदसि-एवसंतरिष्यसि etiamsi esses — tamen una transscenderes.

§. 254. Optativus आशीः raro usurpatur, ac solum in bonis precandis, unde eodem jure precativus diceretur, e. c. श्रीमान्भूयात् utinam felix esset!

§ 255. Imperativus fere, ubi in latino, adhibetur, atque etiam interdum locum habere potest, quando conjunctivus solet usurpari.

Nec minus interjectionis instar inseritur more latinorum; *cedo*, *age* etc. E. c. Rāmāj. I. IX. 30 किञ्चवःक्रिपतांकार्य्यं-संसितुमर्हथ (vos quare venistis — ?) quidve vobis, *perficitor*, opus (congruum, cito) dicere vos oportet. Verum pro copula in imper. vel conj. posita etiam pronomen collocari potest, e. c. Bh. Gīta II. 11. अशोचानन्व शोचस्त्वं non dolendos ne doleas (et sapientiae verba dices).

Infinitivus.

§ 255. Qui ex nomine et verbo participat, inter utrumque medius, indeclinabilis, esse potest diversi casus loco, atque hac vi cum nominibus ac verbis construi, nempe: pro cas. 2, e. c. गतोद्रष्टुम् profectus ad videndum; pro cas. 4. तद्गोढुंसमर्थः huic occultando aptus; pro c. 6. गन्तुंकालः tempus eundi. Sic Chrest. I. 116 हन्तुम नुद्रुतेन festinando, ut caederet. Sic pro c. 4 vel 6 Rāmāj I. X 23. कार्य्यंयातुम् ire decet (opus vel congruum est). Hitop. p. 7 कारयितुंसमर्थः efficiendo par. Ib. नीतिंग्राहयितुंशक्यन्ते scientiam morum accipere possunt; Dhrit. 2. नासूयितुमर्हसि vituperare non debes (te non decet) etc. Bh. G. XII. 9. चित्तंसमाधातुन्नशक्नोषि mentem figere non vales.

§. 256. Inprimis construitur cum समर्थ capax, aptus, par, शक्य potens, habilis, कार्य्य congruum, faciendum, necessarium, अर्ह् dignum esse, debere. शक् posse, parem esse, valere.

§. 257. Aliquando ex his vocabulis unum aut aliud regens subauditur, ubi infinitivus cum nominativo subjecti construitur, e. c. Bh. G V. 6. संन्यासः-दुःखमाप्तुमयोगतः Saunjāsa dolorem accipere absque Joga (subaudi शक्यं), c. Rāmāj. I. X. 23. शान्ता-नगरंयातुंकार्य्यं Śantam — in urbem ire decet.

§. 258. Ejusdem formae infinitivus vel activam vel passivam habet significationem, prout contextus postulat. Veruntamen et in eo utraque distinguitur, quod, si passiva sit, शक्य cum subjecto congruat: sin activa, hoc formam admittat adverbialem. E. c. Bh. Gītae

XI. 52. नाहं-शक्यएवम्विधोद्रष्टुं Ita formatus ego non possum *videri*. At ib. XVIII.* नहिदेहभृताशक्यंत्यक्तुं. non enim corporis nutritor derelinguere potest (opera). Cf. §. 257 Rāmāj. I. X. 23 etc.
In passivo est ellipsis. * 11.

Passivum et impersonale. Cf. §§. 99. 225. 2) 45 etc.

§. 259. Ad ea, quae de passiva verbi constructione jam supra passim diximus, accedunt praecipue monenda:

1) Cum pluribus nominativis verba in passivo varia, e. c. कृ,संमन् दृश,वच् etc. more अस् et भू construi possunt. Cf. §. 210.

2) Verba, quae in activo duos casus objectivos habent, unum retinere possunt in passivo, e. c. कौशल्याकुशलंवक्तव्यात्वया Kausalja salutem roganda est a te. Ac, si pro objectivo est genitivus, manet, e. c. तस्यदय्यतेऽन्येन hic fovetur ab alio.

3) In allocutione objectum saepe in nominativo construi solet, subjecto, quod adpellatur, omisso *E. c. Hitop. 7. ed. Ser. भोभोःपण्डिताःश्रूयतांममवचनं. Audiatur, o sapientes! oratio mea — pro: Audite etc. * vel cum vocativo ejusdem

4) Et nomina verbalia atque alia saepe utrumque sensum admittunt, cum activum tum passivum. E. c. दर्शन Rām. I IX. 12. passive potius sumendum videtur, active autem Dhrit. 6. रोहनदर्शने cum ascenderet et intueretur etc.

5) Inprimis compositione vocabulorum sensus activus in passivum et passivus in activum saepe vertitur. E. c. मृगनेत्रः qui ducem habet Mrigam (stellam. Qui ducitur, pro, qui ducit). समुद्रपालः cujus servator est mare: ubi etiam servatore in compos. notatur servatus etc. Cf. §. 194. etc. V. infra de participiis.

§. 260. Impersonale, quod semper est tertia pers. sing., constructionem servat eandem ac passivum. Frequenter etiam participia impersonaliter construuntur, ubi verbum auxiliare in pers. 3 sing. subauditur. त्वयागतं profectus es.- M.Ex. कुत आगम्यते- त्वया. etc.

Participia. Cf §§. 49. 137. 209.

§ 261. Eorundem usus in sanskrito frequentissimus, cum in oratione obliqua tum recta, atque ad formanda verba periphrastica, ubi auxiliaria plerumque omitti solent. Cf. §. 244 *). Casus regunt eosdem ac verba, unde derivantur.

§. 262. Participium praesentis haud raro etiam in copula exprimitur, e. c. Dhrit. 7. seq. निरुत्साह:-क्षत्रियोपिसन-अमन्त्रयत् contentioni impar, — etsi ex classe militari sive regia *sit* — consuluit.

§. 263. Participium praeter. activ. §. 140 frequenter cum verbo auxiliari construitur, quo, si sit in futuro, futurum exactum designatur. E. c. एवंपितुरापकृतंकृतवांस्त्वंभविष्यसि sic tu patris funus feceris; si sit in praeterito, notatur plusquamperfectum, e. c. गतवानासीत् iverat; si sit in conjunctivo, praeteriti conjunctivus indicatur, e. c. गतवांभवेत् profectus sit, esset etc.

Ceterum hoc participium ut alia absque auxiliari jungi potest cum ipsis verbis flexibilibus vel periphrasticis in praet. remoto, e. c. Mahabh Ex. Śl. 106 seq. श्रावयामाससुक:-अस्मिन्तुलोके-वैशम्पायनउक्तवन् audienda curavit Suka; in hoc autem mundo Vaiśampajana *dixit*.

§. 264. Participium praet. indefin. activae et pass. sign. in usu est maxime frequenti. Cf. §§. 144. 194. 259. 5). Monendum hic: 1) etiam impersonaliter potest adhiberi, quod saepe absque verbo auxiliari fieri solet, e. c. मेदितंतेन hic est arrogans, प्रक्षीणांतेन hic est imbecillis.

2) Et cum activo tum passivo sensu inchoativae quandoque significationis est.

3) Vim activam habet, atque haud raro sensum praesentis admittit, a) si sit intransitivum, unde et verba, quae motionem indicant, etsi casum regant objectivum, e. c. वनंगत: in silvam profectus etc. b) ubi verbum notat: obtinere, accipere, e. c. ग्रंथम्प्राप्त: qui lib-

rum accepit; c) verba शी, ष्ठा, आस्, वस्, जन्, जॄ, श्लिष्, रुह्, etiam cum praepositionibus, quando transitive cum casu objectivo construuntur. e. c. शेषमधिशयितः qui supra serpentem quievit (quiescit); विश्वमनुजीर्णोऽनन्तः qui universum consumsit (consumit) infinitus; गरुडमधिरूढः Garuda vectus.

4) Verba, quae notant ire, edere, morari, in hoc participio etiam actionem solum possunt indicare, ubi ad tempus non respicitur. e. c. कृष्णस्यासितमिदं hic Krishńae deversorium; अस्य भुक्तमेतद् hic cibus ejus.

5) Verba quoque, quibus cognitio, desiderium, ministerium designantur, in hoc partic. sine respectu temporis ipsum agentem indicare possunt, e. c. विदितः eruditus, शीलितः expertus, exercitatus etc.— अमृत immortale, denotat futurum; गीत cantus, omne tempus etc.

§. 265. Participium fut. passivi, quod frequentius absque copula construitur, etiam necessitatem, possibilitatem etc. exprimit. Ubi duo objecta sunt in sententia, quorum unum conversum est in nominativum, alterum, remotius, admittere potest formam genitivi, e. c. Hitop. pag 20. अज्ञातकुलशीलस्य वासो देयो न कस्यचित् cujus familia et genus ignota sunt, ei domicilium non est *dandum*. Bhag. Git. II. 24. अच्छेद्योऽयमदाह्यः Non potest hic vulnerari, idem non uri etc.

§. 266. Saepius etiam impersonaliter, necnon substantive adhibetur. V. supra cf. §§. 150 seq.

Participium praeteriti indeclin. Cf. §§. 147 seq.

§. 267. Hujus etiam usus latissime patet. Etenim collocari potest pro eo, quod praeteriit in praesenti, praeterito vel in futuro; conjungi cum aliis verbis in praesenti, praeterito ac futuro, porro adhiberi pro quovis verbi genere ac voce, atque cum omni fere casu construi. Ac 1) praeteriti ipsius loco est, e. c. Gita II. 20 नायं भूत्वा भविता वा न भूयः Non hic est factus, nec fiet amplius. Dhrit.

34. अहंदृष्ट्वा — तौ (subandi अस्मि) ego vidi hos duos etc. Cf. supra §. 261. 2) pro praet. construitur cum praesenti, e. c. ib. 26. एवम् विदित्वैनं — अर्हसि hoc modo quum hunc cognoveris, — non debes. 3) pro praeterito cum praeterito; e. c. Dhrit. Śl. 57. यदाश्रौषं कर्णं मासाद्य मुक्तं वधाद्भीमं कुत्सयित्वा वचोभिः धनुः कोट्या तुद्य कर्णेन वीरं तदा॰ Quum cognoverim, Bhīmam heroem, impetu in Karńam *facto*, a caede *liberatum esse*, postquam a Karńa verbis *fuerat objurgatus*, et *vexatus* arcus mucrone, (non spero etc. 4) cum futuro sive pro praeterito in futuro Gīta, II. 33. धर्मंकीर्त्तिं च हित्वा पापमवाप्स्यसि cum ab officio et honore *defeceris*, culpam *suscipies* (deficiendo suscipies). Dhrit. 9. श्रुत्वा — ततो ज्ञास्यसि cum *audieris* — inde *cognosces*. 5) Idem partic. in sensu passivo pariter et activo construi vidimus, in Dhrit. 57. supra. 6) Cum particulis quibusdam vim obtinet actionis inhibitivam, e. c. अलं दत्त्वा desine, vel absiste dare, खलूक्त्वा mitte loqui etc. 7) Cum diversis casibus, ad quos refertur, construi potest, e. c. in Dhrit. 57. supra आसाद्य cum impetum fecissit, Bhima subjectum est, quodcum मुक्तं *liberatum* in casu objectivo, ac cum verbo *cognoverim* in constructione est participiali. At in participiis ind., quae sequuntur, idem Bhima est objectum, subjectum vero in casu instrumentali कर्णेन a Karńa. — Sic Apjajja Epitomen operis, quod Dandes conscripsit, exorditur verbis गणेश्वरमाराध्य — अप्पय्यमन्त्रिणा — कथासारो विरच्यते Gańaesae postquam cultus *praestitus* est ab Apjajja consiliario haec (de decem puellis) narrationum epitome (essentia in ordinem) redigitur; ubi आराध्य *salutato* ad casum subjecti instrumental. refertur. Rāmāj. I. 19. तस्येदमुक्त्वा वचनं चिन्ताभूत् cujus (ejusdem) hoc dicto sermone, cogitatio fuit. उक्त्वा refertur ad subjectum in gen. तस्य. etc.

§. 268. Patet, hoc participio non solum omne praeteritum indicari sed etiam praesens, ac contineri nunc causam sequentis, nunc circum-

stantiam modo vel antecedentem vel contemporaneam, haud raro etiam vim casus absoluti.

DE PARTICULIS.

§. 269. Quorum casuum sensus in adverbio potissimum continetur, idem videtur ab hoc frequentius regi. Cf. §§ 217 seq. 39 seq. 44 seq. et al. Sic पृथक् distincte, नाना diverse etc., quae modum notant, cum instrumentali construi solent, etsi cum ablativo quoque et objectivo sive adverbiali inveniantur.

*) Ex correlatis demonstrativis et relativis यावत्, तावत्, यथा, तथा etc., etiam saepe unum usurpatur, altero correlato subaudito, e. c. यावच्छ्लोकं (eo usque), quo Ślokae se extendunt; यथाशक्ति (tantum) quantum vires permittunt, sic यथेष्टं pro libitu etc.

Interrogativae.

§. 270. Ope harum frequenter interrogatur, copula subaudita. Cf. §. 239. E. c. Dhājabh. 8. b ननुपरद्राणांस्वीकारः nonne acceptio (est) adpropriatio? कथंतत्प्रागेवस्वत्वं quomodo ante hoc (est) proprietas? Chrest I. 53. किमुतपाञ्चालैः-समेताः quanto magis, si cum Pāntshālis — consociati sint? Subaudi अजेयाः invicti esse debent? Interrogatio etiam esse potest loco affirmationis ad vim hujus augendam, e. c. किमपिनार्पयति nihil largitur etc.

Negativae.

§. 271. a) मा prohibitivum praeponitur non solum imperativo, conjunctivo ac praeterito indefinito, verum etiam quandoque adverbiis, e. c. Dhrit. Śl. 80. माचिरं sine mora etc. b) Duabus negandi particulis vis affirmandi augetur, e. c. Bh. Gita II. 12. नत्वेवाहंजातुनासन् neque vero ego unquam non existens. c) Frequenter negatio indicatur privativo अ vel ante vocalem अन्, quae pro न collocantur, e. c. अपुरुष non homo, अपूर्व id, cujus ratio in praece-

denti non continetur (casus, accidens, actio libera). Ejusmodi autem formulae nisi per ellipsin intelligi non possunt. Cf. §. 185. Chrest. 105 अप्राप्तमृत्युः qui mortem non consequutus est. Bh. Gît. XVIII. 31. अयथावत्प्रजानाति॰ non quatenus noscit etc. Verum haec particula in compositis non semper cum vocabulo illo jungitur, ad quod pertinere videtur. E .c. अनग्निदग्धाः non consumti igne. At non defectus solum indicatur particula privativa, sed etiam contrarium, e. c. अधर्म malum (vitium). Ipsa positio quandoque notatur particula privativa (per ellipsin), e c. अनेडमूकः surdus et mutus etc.

POSITIO VOCABULORUM.

§. 272. Vocabulorum consecutio ac ordo in Sanskrito est eo liberior, quo majori formarum copia ipsum definitum est atque perspicuum. Attamen in oratione soluta ordo sequens maxime praevalet. 1) Attributiva quaecunque nominibus suis anteponi solent ac verbis suis adverbia, 2) adpositiones frequentius post nomina sua collocantur, 3) agens sive subjectum regens sequitur post rectum, quare post casum objectivum atque alios casus obliquos. Inprimis genitivus ante nomen, ad quod pertinet, saepissime ponitur; maxime pronomen person. vel demonstr., ubi in genitivo pro possessivo cum nomine jungitur, ante hoc collocari solet, e. c. ममसुतः vel मत्सुतः filius meus etc. 4) Verbum, actio ipsa, saepius in fine sententiae. 5) Praepositiones et voces iisdem similes vel ante vel post nomen, quod regunt vel ad quod referuntur, e. c. इव quasi, instar, sicut. post nomina, non solum sed etiam post adverbia sua ponitur ac verba. sic Dhrit. Śl 78. 6) Vocabula ac formulae, quae sibi respondent, analogam positionem servant. 7) Quod ad particulas conjunctivas. a) च in quovis sententiae loco; b) in quovis etiam चेत् poni solet; c) post unum aut aliquot sententiae verba अपि sane, quippe, saltem, tamen, etsi; एव quidem, tamen, uti, ita, adeo, etiam, solum; तु vero autem etc. हि enim, यदि si etc. Nonnunquam अपि etc. etiam in fine.

8) Conjunctiones relativae et sententiae, quae ab ipsis pendent, reliquis anteponuntur. Cf. § 276.

§. 273. Ceterum in vocibus collocandis maxime servatur rerum ordo naturalis, quo ipsae in concepto cohaerent, ac sensus potissimum loquentis, qui id, in quo vim collocat praecipuam, reliquis anteponere postulat, atque id, quo aliud definitur, illi propius jungere. Sic Chrest. I. 37. genitivus post nomen suum ponitur, quo propius collocetur ille alteri, quod eodem explicandum est. Quin vis ac sensus verborum ita locum eorum definit, ut ipse pronominis relativi genitivus ad finem sententiae possit rejici Cf. Chrest. I. 113.

Circumstantiae, causae, conditiones etc. praeponuntur cum in vocabulis jungendis tum in sententiis. Exceptiones autem a regulis hisce frequentissimae inveniuntur in oratione potissimum numeris ligata. Successio quippe vocabulorum subjecta est legibus euphoniae ac metri non minus quam claritatis.

SECTIO II.

SYNTAXIS SENTENTIARUM.

Cf §§. 205. seq. 244. *).

§. 274. Connexio sententiarum in Sanskrito partim maxime libera est atque in formis soluta, partim tam arcta, ut frequenter omnes sententiarum voces in unum vocabulum cogantur atque coalescant (cf § 204); partim vero etiam fit ope particularum conjunctivarum, inprimis vero constructionibus participialibus efficitur.

I. Constructio liberior.

§ 275. Oratione recta sive absoluta exprimitur oratio obliqua, e. c. cum sententiarum una vicem tenet subjecti, altera objecti; primae autem verbo transitivo ratio alterius sententiae objectiva definitur. Sic Dhrit. 18 यदाश्रौषं-राशिंसमाक्षिपत्-दुःशासनः-तदा। ad. verbum: cum cognoverim — cumulum coacervavit Duh-sasana —

pro: coacervatum esse a Duh-śāsana etc. Dhrit. 75. यदाश्रौषं-द्वैपायनः-द्रौणपुत्रं-शशाप cum cognoverim — Dvaipajana — execratus est, pro: Dvaipajanam execratum esse etc. Cf Śl. 34 et al.

Idem valet in sententiae nominativo, in quo objectum cum verbo passivo construitur, ubi nominativi vice fungitur sententia in oratione recta. — Uterque modus inprimis usurpatur in verbis alterius memorandis, quae immutata, solum इति subjecto, adferri solent. E. c. Dhrit. Śl. 39. यदा-ऽवाच-नाहंयोत्स्येयुध्यमानेत्वयीति-तदा cum — dixerit — non ego dimicabo, dimicante te — ideo (non spero) etc. Chrest. I. 96. शक्रसूर्य्यावितिपाठे॰ (At si legatur, vel legendo) in lectione: Indra et Sūrja, sic, tunc etc. Chrest. I. 101. उक्तं प्रवेक्ष्यामीति dictum: — incursurus sum etc. Dhrit. Śl. 34. यदाश्रौषं-तौ-वदतोनारदस्य-अहंदृष्ट्वा॰तदा॰ cum cognoverim — hos duos — dicente Narada: Ego vidi etc. ideo (non spero) — Cf. Mani I. 4. Chrest. I. 81. 41. 96. 105. etc.

II. Constructio ope pronominum relativorum et particularum conjunctivarum.

§. 276. Quae vis in vocabulis est genitivo atque praedicato, quod casui objectivo proximum est, eadem in sententiis jungendis est pronomini relativo. In constructione cum hoc pronomine sententiam, quae eidem subjecta est, alteri correlatae anteponendam esse supra monuimus. E. c. Mani I. 7. योसावतीन्द्रियग्राह्यः-सएवस्वयमुद्बभौ qui (idem) supra sensum capiendus — hic quidem ipse eluxit. Ubi ab initio pronomen demonstrativum post relativum per emphasin ac copulae vice jungitur relativo antecedenti. Chrestom. I. 73. यैर्मत्सुताबद्धाः तेषामपिजेतॄन्मत्सुताजेतुं शक्ताः quibus filii mei ligati sunt, horum adeo victores vincendo filii mei sunt impares. Dhājabhāga I. मन्वादिवाक्यान्यविमृष्ययेषां यस्मिन्विवादोवहुधाबुधानाम तेषम्प्रबोधायसदायभागो निरू

पाणीयः ad verbum: Quorum multiplex hac in re est disputatio, quippe qui Mani et reliquorum legum latorum verba non intellexerint (non dilucidarint), ad doctores hos intelligentia instruendos, haereditatis partitio est explicanda. Cf. Kullûkabhaṭṭ. ad Man. I 41. At ubi in altera sententia vis est praecipua, etiam sententia cum relativo postponitur, e. c. Gîta IV. 16 तत्ते–प्रवक्ष्यामियज्ज्ञात्वामोक्ष्यसे। hoc tibi pronuntiaturus sum; quo cognito liberaberis.

§. 277. Ex pronomine relativo et aliis pronominibus particularum conjunctivarum pars major derivatur, illis addendo diversas literas formativas, quibus exprimitur comparatio, conditio etc. Ipsum यत् quod in forma rudi vel casu gener. neutrius objectivo sing. etiam est particula conjunct. *quod.* यथा, यत्र, यदि etc. dicto modo sunt formata.

§ 278. Conjunctionibus eandem vim esse in sententiis ac praepositionibus in vocabulis; et utrarumque rationes respondere casuum conceptibus, jam supra monuimus. Cf. §§. 50. 44. seq. p. 80. §§. 102. 217. seq. 225. seq. 167.

§. 279. Ac casus instrumentalis conceptus in sententiis exprimitur conjunctione copulativa च similibusque particulis. च vero saepius omissum subauditur. E. c. Dhṛit. Śl. 64. Nonnunquam contra ipsius verbi locus eodem च suppletur, ubi diversa subjecta referuntur ad idem verbum. E. c. उत्कण्ठिता–अगमास्तं सभानुमान् tristis (mulier) descendit montem occidentalem et sol (subaudi: descendit).

Porro ad instrumentalis casus conceptum pertinent conjunctiones comparativae एवं, इव etc. proportionales, यत्, तत्, यथा, तथा, यावत्, तावत्; यादृश, तादृश etc. E. c. Hitop. ed. Ser. p. 4. यन्नवेभाजनेलग्नःसंस्कारोनान्यथाभवेत् । कथाच्छलेनबालानां नीतिस्तदिहकथ्यते ॥ *). Quemadmodum in novo vase inhaerens medicina (aut, cibi praeparatio) non potest delari (*esse aliter*); ad eundem finem hic narrationum illecebra pueris ethice proponitur. In

*) Quo semel est imbuta recens servabit odorem testa diu. —

sententia correlata conjunctio saepe omittitur, e. c Sankara in Chrest. I. 153. यथा-योनिमन्ये प्रपद्यन्ते-स्थानुमन्येऽनुसंयन्ति quemadmodum in locum nativitatis progrediuntur alii, — alii Sthānum (immotum) sequuntur. Vel pro demonstrativa correlata conjunctione repetitur ipsa relativa, e. c. ib. यथाकर्मयथाश्रुतम् ut opus, sic auditum.

Instrumentalis conceptui etiam cognatae sunt conjunctiones ordinativae प्रथमं, एव, पुनर् (iterum) etc. Disjunctivae वा, वा, ubi plura separando conjunguntur, vel excluduntur alternando; porro adversativae तु sed, at, ast, पुनर् contra, at, sic. E. c. Chrest. I. 76. वेदनेपुनर्द्वादशवर्षाणिवनवासस्त्रयदशप्रच्छन्नचर्य्या॰ aut in angustia denuo per duodecim annos mansio in silva, aut per decimum tertium occulta vita (hoc ex pacto).

§. 280 Conceptui ablativi (causae) respondent conjunct. causativae हि, यत्, quoniam, यदा quum, quando, eo quod, e. c. Rāmāj. I. II. 18. मानिषाद प्रतिष्ठांत्वमगमः-यत्-अवधीः Ne, venator! statum perfectum attingas, quia occidisti etc. Mani I. 2 seq. वक्तुमर्हसि-त्वमेकोहि-तत्त्वार्थविद् dicere te oportet. Tu enim solus — nosti principiorum vim et sensum etc. Dhrit. 10 seq. यदाश्रौषं॰-नाशंसे॰ quum (eo, quod) cognoverim — non spero etc. Mani I. 17. यत्-आश्रयन्ति-तस्मात्-आहुः quia — confugiunt, etc. inde — dicunt etc. Bhag. Gita I. 45. II. 33. 60. 67. etc.

§. 281. Cum dativo conveniunt conjunctiones consecutivae, sive finales, e. c. येन, तेन hoc, eo, ut यत् ut etc. E. c. Anand. in Chrest. I p. 160. यदविद्यावशाद्विश्वंदृश्यतेरशनादितत् ut ex inscientiae voluntate universum adpareat, eo quidem est lingua (verbum).

§. 282. Conjunctiones conditionales यदि si, चेत् si, नचेत् nisi et concessivae अपि, एव congruunt cum locativi conceptu. E. c. Bhag. Gita. II. 33. चेत्त्वम्-नकरिष्यसिततः-अवाप्स्यसि si — non feceris, inde — suscipies.

Conjunctio conditionalis quoque usurpatur, ubi affertur objectio, dubitatio, exceptio, eisque respondetur. E. c. Chrest. I. 153. तत्प्रत्यक्षविषयमेवेतिचेन्न॰ At hoc etiam visibile sensuum objectum. Minime etc. — Concessivae exemplum est, Bhag. Gît. IV. 36. अपिचेदसि-कृत्तमःसर्व्वज्ञानप्लवेनैववृजिनंसन्तरिष्यसि Etiamsi sis — factor maximus, tamen, te scientiae immergendo, vitium una trajecturus es. etc.

*) Conjunctionibus copulativis adnumerari possunt formulae distinctivae, quibus e. c. varii aliorum auctorum loci adferuntur. Sic in Hitop. किञ्च, अन्यच्च, अपिच, अपरंच, तथाच etc. — Conjunctio वै *reapse*, in sensu diverso invenitur, e. c. Dhrit. 10. 41. 73. similis videtur etiam latinorum *vel* — वा nonnunquam pro च collocatur, e. c. Dhrit. 4. etc.

III. Constructio participialis.

§. 283. Participia sanskrita frequenter adhibentur in loco verborum, quum vel in casu objectivo, latinorum infinitivi vice funguntur; vel pro c. instru. sunt, ut indeclinabilia v. §. 267; vel pro relativo, quo sententia cum alia jungitur, eodem omisso; vel etiam pro quovis verbo, ubi copula, in quocunque sit modo ac tempore, subauditur. E. c. Dhrit. 10. यदाश्रौषंधनुरायम्यचित्रम्भिन्नंलक्ष्यम्पातितम्वैपृथिव्याम्कृष्णांहृताम्प्रेक्षतांसर्वराज्ञांतदा॰ Quum cognoverim, arcum intensum; fissum scopum variegatum, dejectumque in terram; Krishńam raptam, videntibus omnibus regibus, (non spero) etc. — Ejusdem constructionis exempla plurima habentur in Ślokis seq.

IV. Constructio sententiarum, ope casuum.

§. 284. Ex iis, quae §§. 204 seq. 274. et al. diximus, patet, sententias integras in vocabula posse redigi, atque haec ope casuum construi ad eandem conceptuum rationem, quam sententiae cum conjunctionibus servassent, utpote quarum classes principales ex illis

intelliguntur. Quod quomodo fiat, aliquot exemplis illustramus. — Chrest. I 39. लोकद्वयहितज्ञानाभावेऽपिमूढाः लौकिकवृत्तार्थस्मृतिमात्रेणास्वात्मानंतुर्वन्ति. i. e. Ubi quippe deest scientia rerum, quae mundo duplici servatae sunt, hallucinantes, momento illo, quo cursus mundani vim ac significationem recordantur, sibi ipsis injuriam inferunt. — Hic pars sententiae prima, quae conditionem atque id denotat, quod contemporaneum est, exprimitur casu septimo vocabuli, quod ex quinque simplicibus componitur, scil. a लोक usque अभावे. Altera autem sententiae pars, quae illud indicat, quo caeci injuriam sibi inferunt, designat conceptum casus instrumentalis, qui etiam in vocabulo, ex quinque aliis composito, nempe a लौकिक — usque मात्रेण, membro ultimo notatur.

Ubi plurium ejusdem generis conceptuum series indicanda est nomine primi, cui आदि etc. adjicitur (cf. p. 169), aut integer locus memorandus, verbis ejusdem primis आदि subjecto; illius seriei, vel loci ratio ad sententiam casu congruo in आदि notatur. E. c. Chrest. I 79. Nilakanthae sensus est: Judhishthirae, qui eo, quod devictus, opibus privatus, patria expulsus fuerat, omnino erat confectus, hujus etc., quod ita exprimit: निर्जितत्वादिनाऽत्यंतपराभूतस्य॰ devictione etc. omnino confecti etc.

Exemplum dativi quo finis, intentionis etc. conceptus indicatur, v. in Chrest. I. 160 शिष्योपकृतिसिद्धये ut discipuli officium absolvatur etc.

Ablativus inprimis pro causa denotanda saepissime adhibetur. E. c. Dājabh. 2 b. ददातिप्रयोगश्चगौणः। मृतप्रव्रजितादिस्वत्वनिवृत्तिपूर्वकपरस्वत्वापत्तिफलसाम्यात्। Vox autem, dat, hic est translata. Nam donationis effectui similis est consequentia ex eo, quod in alium accedat jus proprii, postquam extinctum est jus, quod competebat mortuo, vel in solitudinem profecto aut ejus-

dem generis aliis. — Cum ad legem linguae (§. 272.) definitum anteponi soleat definienti; ordo undecim nominum, ex quibus integrum illud vocabulum componitur, si ab ultimo incipias, est sequens: साम्य similitudo, फल consequentia, fructus, आपत्ति accessio, स्वत्व jus proprii, पर alius, पूर्वक praecedens, निवृत्ति extinctio, स्वत्व jus proprii, आदि initium, प्रव्रजित in solitudinem profectus, मृत mortuus.

Casus etiam potest substitui pro conjunctionis particula, ubi tantummodo copula, in quocunque modo aut tempore, est subaudienda, sententiae autem membra flexa manent. E. c. Mitaksh. II. 45 a -इतिनब्रूयात् । अपहर्त्तुरेवस्वत्वात् hoc dici non potest; nam sic etiam raptoris esset jus proprii; ad verbum: ex raptoris adeo jure proprii. Dâjabh. 8. नचस्वीकरणात्स्वत्वंस्वीकर्त्तुरेवदातृत्वापत्तेः Neque ex adpropriatione est jus proprii. Nam consequeretur, adpropriantem ipso datoris jure gaudere; ad verbum: ex accessione juris datoris. Chrest. I. 78. विरटेनसमासांतविधेरनित्यत्वात् quia non perpetua esset species, in qua apud Virâtam commorabantur.

Formativo वत्, quo subjecto adverbia modi ac comparationis finguntur, etiam integrae sententiae in ejusmodi adverbium mutari possunt. E. c. Dhajabh. 7. b. नचभार्य्यापुत्रश्चेत्यादिवदस्वातन्त्र्याभिप्रयमितिवाच्यम् neque dicendum नचवाच्यं, eum esse in defectu libertatis a potestate aliena अस्वतन्त्र्य sensum, quem auctor habuit verbis, quae ita exordiuntur: uxor et filius. — Ubi auctoris verbis भार्य्यापुत्रश्च subjicitur particula memorandi इति, et, cum haec sint solum prima, pro etc., quoque subjungitur आदि; toti autem formulae suffigitur comparandi formativum वत्.

*) De ellipsibus, v. quae supra variis locis diximus, e. c. §. 257 etc. Ad hunc addimus, etiam infinitivum, si in contextu subaudiri possit, nonnunquam omitti, e. c. Dhrit. 51 पार्थमशक्ताक्त्ताः subaudi हन्तुं scil. Pārtham caedendo impares erant.

CORRIGENDA et ADDENDA.

Pag. 5 lin. 4 pro: purāńa leg. pūrańa.

— 16 — 4 a fine pro E. c. leg. सँल्लेखन: sallaekanah- pro सन्लेखन:san laekanah- quod est saccharum spontaneum.

— 24 ad VII. add. Anusvara ante vocalem mutatur in nasalem illam, ex qua ortus est.

— 25. XIV. post: tenuem add. dentalem. Et in fine hujus XIV add. श् ante dentalem mutam abit in ष् et dentalis post ष् in capitalem, E. c. नश् cum त fit नष्ट.

in XVII. pro: in mediam l. in eam. quae non aspiratur.

— 26 l. 15 pro: amplius contrahantur l. non amp. contrahuntur

— 36 l. 9 pro: quin l. nec

lin. 10 pro: videatur l. videtur

lin. 14 pro: verborum l. vocabulorum

— 46 l. 6 pro: lujus l. hujus

— 48 l. 19 pro: Quae l. Composita, quae

— 67 post l. 19 add. vel cum incremento मामक vel a genitivo pluralis यौष्माक cet.

— 69 l. 7 add. in c. 1 2 कति c.3 कतिभि: cet.

— 72 ad lin. 9 add. Eodem शास् subjecto efficiuntur adverbia formae cet. e c. माडलशास् in gyri forma.

— 90 l. 6 a fine post sibilans add. et secunda muta

— 92 l. 11 post ई add. exceptis praet. 1 et indefinito.

— 136 l. 10 a fine pro अ l. आ

— 138 l. 3 a fine l. nec ई nec स् (ut in praet. 1) inserunt.

— 141 l. 7 pro vel conver. - retinent l. conversioni subjiciunt.

— 218 l 9 a fine pro अस्वत- leg. अस्वात —

In Tab. conjug. term. comm. Medium fut. indef. du. pers. 1 2 pro स्याथे, स्याते leg. स्येथे, स्येते.

ibid. in conjug. भू conjunct. med. du. p. 2 pro भवेयाताम् leg. भवेयाथाम्

*) Plura operi ipsi inserta suo loco inveniuntur.



